Historia

[illegible]

Tom. I

IULII
PONTEDERÆ
HISTORIÆ
HORTI PATAVINI

PARS PRIMA

JULII PONTEDERÆ HISTORIÆ HORTI PATAVINI

PARS PRIMA

Praefatio

Qui hominum res gestas colligere, in ordinem digerere, [illegible] eloquentia exornare, memoriaeque tradere instituunt, [illegible] verbis definire, historia [illegible] moralibus prospicere et consulere videntur, quod horum opera humanum genus [illegible] ad cetera monumenta respicit, et informatur. Quapropter iure ac merito historia vitae magistra semper dicta atque habita est, quae scilicet exemplis [illegible] [illegible], [illegible] [illegible], quibus nihil aptius ad persuadendum esse affectus hominum mores [illegible], et ad rectam [illegible] deducit. Ea tamen pars, cum qua [illegible], ac [illegible] praedicatione decoranturi, vera laude atque imitatione digna inveniuntur. Laudantur duces atque imperatores, et immortalitate [illegible] dignissimi habentur, quorum ductu multa hominum millia caesa sunt, multa in servitutem redacta, urbes eversae, incensa oppida, et agri, saepe ferro ignique depopulati. Istane quis recte laudibus prosequetur, quae non modo hominibus prosunt, sed obsunt plurimum? Istane quis qui modo hominem se esse intelligat, ad imitandum se excitabit, quorum imitationem tot et tam gravia mala consequuntur? Equidem cum intueor ea quae divina sapientia moralibus contemplanda [illegible] submisit, nihil homine praestantius, nihil pulchrius, nihil perfectius, nihil [illegible] certius reperio, quo se [illegible] obstringit qui aut [illegible] possit, quo se [illegible] aut praedae cupiditate, aut dominandi libidine, aut falsa laudis praerogatione ductus [illegible] [illegible] praestantissimumque [illegible] remaneat [illegible] opus, praestantissimum [illegible] [illegible] evertere conatur? Quid quod tollere atque evertere conatur? Quid quod homo hominem prosternit tanta similitudine et cognatione sibi coniunctum, in genus suum saeviens, et viscera sua ac membra scindendo ac dilaniando laniantur, et summo supplicio afficiuntur, qui [illegible] [illegible], obsidentes praetereuntes, qui [illegible] [illegible], aut detruncant. At qui urbes et oppida cum magna multitudine [illegible], qui cives aut interficiunt aut in servitutem abducunt, qui domos et sacra [illegible] incendunt, qui agros et villas depopulantur, summa laude praedicantur ab omnibus, et pro [illegible] [illegible] mirantur. [illegible] igitur ignes, et cruciatus [illegible] et longinquis regionibus [illegible] [illegible], [illegible] aversessa [illegible], ulla [illegible] accessorium, [illegible] [illegible]

Margin notes:

praestantium veri scientia et optima [illegible] rationem impellitur ac praeclaro

2 nihilque validius

3 si recta intelligentia perspiciendi

montiumque fauces [illegible] adornantur, [illegible] pecunia spoliant, et saepe

alienos

prosequuntur

laboribus gravantur, quod paucos cum paucis necant et ~~contrucidant~~: divitibus qui magna praedia equitum copia stipati longe plura et majora mala hominibus inferunt, triumphi, regiae sedes, divitiae et gratificationes attribuuntur. O caeca Humanitatis mentes cui leviora poenis, graviora praemiis prosequimur? Hic ~~fur~~ famis sitis et latibulis pressus hominem unum aut alterum aggressum, fur habetur, et cum execratione punitur. Idem magnas urbes nactus, atroce latrocinio ~~et aggressus~~ aggressus, ~~et~~ in oppida irrumpere ~~[illegible]~~ audet, et homicidia plura patrare, praedasque agere ingentes, dux aut et imperator? Numquid dissimilia comprobimus et imperator? Potest quis exempla seligere, et magna cum parvis conferre. Nulla alia dissimilitudo nisi ea qua major uis a minori discriminatur.

Praeterea multa quae historia docet et laudibus afficit, neque imitatione neque vera laude digna inveniuntur. Floret bellica gloria ~~[illegible]~~ et victoriis magni Alexandri nomen, quod immensa dominandi cupiditate accensus 33 ferocissimos ~~[illegible]~~ homines exercitus ~~[illegible]~~ neque interfecit, 34 ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~: qui ad ignotas atque indefinitas terras bella et incendia nimia regnandi libidine animo provi-dendo tendebat? Et Periclem qui neque magni nominis [illegible], neque ea ~~gloria~~ fama in homine [illegible] laudatam memoriam [illegible] Atheniensium republ. administratione toto fere vitae spatio clarissime esset [illegible], et fessus [illegible] anima [illegible] jaceret, multa ~~ab~~ amicis a se gesta praedicari, [illegible] neminem me imperante [illegible] in vita discrimen adduxi. O [illegible] Alexandro ne digna. Cui quem praeferemus? Alexandrone de quo [illegible], an Cyro ~~qui~~ Caesaremque quorum alter per bella et caedes Persis parto imperio, du[m] Scythia inhiat tantum humani sanguinis [illegible] hausit quantum civium effudisse nunquam satis existimavit. Alter per leges in ordine [illegible] redigi-tur, indignatus se dominatione privari foedis-simum bellum patriae intulit et non hostium sed civium sanguine cruentatus de oppressa re-publ. triumphum egit. Neque clementia tribus quam multis servatis civibus ~~[illegible]~~ decorabit, quam in ejus imitatione quemquam allicere debet, erat enim et hominis et civis et Caesaris tam excellenti ingenio ac doctrina praediti a civili sanguine abhorruisse potius quam devictis parcendo inanem mansuetudinis famam aucupasse. Profecto longe clementior atque humanior Cato Uti-censis, quamvis severitate multum praeferet, qui

(per cum)

33 postquam Graeciam in servitutem adegerit, Persas adortus
34 regna et urbes inter-necione delevit.

quis cum a quodam Phi-losopho accepisset in-numeros esse mundos ingemuisse fertur quod tanta mor-talium caede nondum uno potitus ~~esset~~ esset. et merito honore fuerit prosecutus?

qui adversus Caesarem pro patria in acie cum
stetisset, civibus nonnullis interfectis adeo commotus est
ut obducto capite lacrymabundus in tentorium
prosiluerit, id bella civilia execratus postea evitari.

Quae de causa speciosa ista tradita quibus historia gliscit
et legentium animi detinentur, quoniam ab animi humani bo-
nitate et hominis natura removentur, moribus, officiis
probitati contraria, sicut quidem propterea neces-
saria sunt, ut quisque ab eorum imitatione se ab-
stineat atque arceat.

AB

Et vetera quoniam optima facinora statim laudato-
rem imitatoremque invenerunt, ut primum Veneris de-
cretum innotuit, obstupuit quisque munificentissimi con-
silii admiratione attonitus, deinde laude ac praedicatione
incredibilem atque ad id temporis inauditam liberalitatem
extulit, denique nulla dies eximii principis famam extingue-
ret, et de hominum memoria deleret, scriptis editis posteritati
tradita. Tum principes et reges exemplo permoti, etsi ince-
pta sequentibus minus clara et probata esset aemulatio,
tamen nisi sunt, ne posteritati hominibus praeposuisse
viderentur. Ideo horti stirpibus referti frequentes
instituuntur, appositis cultoribus, et magistris, tantoque
tempore numero adeo amplificantur, ut nullo fer-
me civitas, quae modo sui iuris sit, reperiri possit, in
qua Botanicus hortus non commendetur, cum etiam
hae gentes quam maxime a solis calore remota
perpetuoque frigore damnata hac cura contendant.

Operae pretium est nunc seorsim et cursim recensere
quae commoda utilitatesque humanum genus hinc
perceperit, ne inani specie lectoribus nostris
eblandiri videamur. Nihil de fructu quidquam debet,
ubertimus tanto cultura apparatu frustrabimus in rebus condi-
adiiciendo. Quod facile praestabimus, antiquis
cum sermone celeberrimis versantes, antiquis
temporibus ante oculos positis, cum stirpium historia
nulla data sede, inhonora et rudis inter incuriosos sal-
tus solitudinesque iacebat adeo paucis nominetenus
nota ut remedia neque certa neque probata
ad medicos usus traducerentur. Tunc temere erat
medicina peritos veteres memorias versando mi-
sere angi, inanique cura coniti, et quo magis intendeba-
tur studio, eo minus iudicare, sive quia stirpes nimis [?] designari, sive quia
quae et occultior [?] antiquitus confunderent, et ideo
nota pariter et ignota confunderent, sive demum quia non usu cognita et probata
sed ab aliis tradita designant. Ad haec incommo-
da graviora accedebant. Pleraque quae antiquitas prodidit
ex longinquis regionibus petenda erant, neque quaevis
arcessebantur, [?] necessitate cogente, ulla dabatur

in herbarum cogni-
tione

opportunitas (cum insitum nondum esset, ut ad stirpes
inquirendas publice mitterentur periti, et nonnulli
etiam hac de causa proprio sumptu peregrinationes
suscepissent). Nemo item doctor aderat, qui in dubiis
consulerentur, qui verum cognoscendi viam ostenderet
quisque genera constitueret, et generibus ex quibus ma-
narit, simili quadam communione subiiceret partes.
Omnia confusa et permixta agebantur, nullibi vera
investigandi studium, nullibi internoscendi sagacitas
nullibi suis quaeque membris aptandi ordo,
nullibi remedia legendi consilium, et cetera pario.
Propterea adulterata vel syncera, utilia vel inutilia,
noxia vel medica ad hominum usum torveret neque
approbatorem inveniebat, neque reprehensorem; quod quis
propter summam rerum ignorationem, neque lau
dare audebat, quae sibi parum explorata et perspecta
erant, neque improbare. Tot itaq. tenebris abdita arti
penitusque demersa lumen attulit Senatus Vene-
tus Patavii constituto Horto, quem ut obtinuit tan-
quam ex ergastulo in regiam domum adducta omnibus orna-
mentis decorari coepit doctis pariter atq. indoctis commen-
data. Quisque igitur pro sua copia niti, ad se hinc arcessere, animo et
labore contendere, quo ampliorem, atque augustiorem
quam acceperat, disciplinam efficeret. Adeoque certatim hac cura
laboratum est, praecipuis ex generosissimis terrarum par-
tibus eius opibus delatis, et in unum congestis, ut quae ars haec
tam diu contempta et neglecta, membratimq. dispersa
ac lacera vel inculta errasset excreverat, inter praeclaras scientias, ac pra-
stantes disciplinas, summum locum nunc teneat, plurimis
monumentis amplificata, et cultoribus decora. Iam
Indica vulgo inveniuntur, iam Afra et Asiatica inter
contemptissimas herbas habentur, [illegible] Lilia, vio-
las quibus primum dulcis inter flores naturas
dabat, perinde ac gramina quisque [illegible] et impro-
bantur. Incultu nunc iuga, algentesque vallium recessus
et solitudines abdita ornamentis spoliantur, [illegible]
ab hominum industria natura se subduceret, con-
nos decerant, [illegible] cultum discere ars cogit quod
cultus impatiens sua sponte vivebat. Quid de
remediorum materia dicemus, qua iam tota parat
ut cuique sive paludosa loca incolat, sive mari-
tima inhabitet, sive campestria teneat, sive mon
tana incolat, ad singulas corporis affectiones
probata praesidia conducentia. Quid de frugibus,
fructibus, oleribusque quorum ea copia suppetit
ut non solum ad vitae subsidium et victum, verum etiam
ad voluptates et oblectamenta affatim suppeditent.
Porro si de nonnullis singillatim referre iuvat, quot et quam
modo ex Magno [illegible], homines capiunt, quos sibi ad
ornatum et corporis velamentum ex Gossypio derivant

cultoribusque alendis transmitterent.

id agere, id cogitare

sub Hesperidum sylvis, et fabulosis narrationibus aurea mala decantata domestica servantur

pro locorum conditione ac terrae qualitate singulis parata

praecipua

mixtiones B

Quot ex Sacharo in condimentorum usum deducantur?
Nam ex una herba Nicotiana maximum vectigal in publi-
ca aeraria nostro aevo redigi gaudet [illegible]. Quid?
nonne etiam nostra aetate apud nonnullos populos agros
bulbis et tuberibus [non] conserere instituerunt, et ex floribus
mercaturam facere, quorum pretia adeo quotidie
intenduntur, ut singula iugera minoris valeant quam
singuli bulbi? Haec igitur et alia, breuitatis gratia a
nobis praetermissa commoda, subsidia quae
Mortalium genus quae publice quae privatim ex
Stirpibus colligit unde deducenda nisi ex horto Patavi-
no, a cuius institutione illa omnia originem, et incre-
mentum desumunt? Veruntamen si diligentius rem perpe-
pendamus, longe maiora atque utiliora commemo-
moranda supersunt, quoniam illa quamuis summa
et singularia ad corpus tantum spectant, animum vero at-
tingunt. At quae adici possunt, animum ipsum ac
mentem excolunt, doctrina imbuunt, admiratione per-
fundunt, ac summa rerum praestantia in eundem obru-
unt [illegible] detinent et morantur, ut totam
ingenii aciem ineffabili diuini opificii contemplatione per-
stringant. Postquam n. quae late et longe diffusa ac
dispersa in unum hominum industria congesta sunt, singulis
generum cognatione in ordinem dispositis, sedibusque suis
adiectis, adeo eximia, adeo praestans, adeo mira rerum
species effulget, ut non mea quam nulla, sed
nullius beatissimi ingenii facultate, et dicendi
copia recenseri commemorando possit. Hinc n. inu-
sitata stirpium forma, ac noua folii, noua caulis, noua
[illegible] figura et species, hinc multiplicem
florum varietas atque elegantia [illegible] incitant
Hinc odorum suauitas mortales atque ad se rapiunt
istinc fructuum pulchritudo, multifariam colore [illegible]
ac multimodis figurata mortalium oculis [illegible]
[illegible], stuporem effundit, ac sensus vincit. Nusquam
profecto alibi tanta ac tam praesens diuinae virtutis
maiestas [illegible], nusquam alibi natura totam
se nobis spectandam subiicit, penitusque vere [illegible] quam
in hortis nostris, in quibus dum quis interiora inex-
plicabili ordine, ac mira subtilitate laborata per-
pendere nititur, omnia humana industria angustiora
et maiora intuens fateatur necesse est esse quid
quod animi nostri angustia non capiunt, nec ingenii in-
firmitas sustinet, eoque munera quae tam alta rationis in-
veniuntur, producit et perficit. Erunt igitur qui [illegible] haud [illegible] esse, unde
horti nostri institutione [illegible] historia materia
tot tanta, ac tam singularia bona hominibus deriuantur,
cum tam aperta clara diuini numinis notio, cum manifestum, explo-

(margin: Ita ut eo rape, [illegible] [illegible] ac)
(margin: etiam aliena agentes ad se concurrunt et detinent)
(margin: et quod praestantissimum [illegible])

varum et cognitum habeamus, triplicium naturas, partes
et partium usus, atque utiliores contemplandos ad coe-
lestium verum ~~acquisitione~~ intelligentiam qua proxime adveni

Quo tempore Hortus Patavinus coeperit

Qui de Horti Patavini institutione scripserunt, ut Petrus Bellonius, Hermannus Conringius, Antonius Riccobonus, Iacobus Philippus Tomasinus, Angelus Portinarius, Petrus Castellus (ut alios qui inferioris aetatis gradu floruerunt, illorum auctoritate in eundem errorem delabentes praetermittam) neque certa et vera, neque temporibus convenientia posteritati mandarunt. Nam id fere fo conveniunt, ut ab anno CIↃIↃXXXIII initium repetant, Castello propius ad veritatem accedente, qui post annos IX originem decernit. Quibus refellendis haud immorabor, ne cui fides in aliis abrogetur. Quapropter publica monumenta secutus ab anno CIↃIↃXLV principium ducam, quo tempore [illegible] cal. Quint. rogatione per Triumviros facta, Senatusconsultum habetur, demandata Gymnasii moderatoribus soli comparandi in quo Hortus Medicus constitueretur facultate. Quis porro tam eximii operis gravissimo ordini auctor extiterit, cum ea tempestate nullum exemplum ab ultima antiquitate repetitum quo permoti Patres Triumvirum rogationem plenis suffragiis confirmarent, inveniretur, non perspicio plane. Sunt qui Franciscum Barbarum, Aquileiae Patriarcham designatum, inter civitatis principes de ea re sermonem habuisse velint, et suasisse etiam cum summum Reipublicae decus, maximum hominibus adversus morbos praesidium, hinc emanaturum praedicaverit. [33] Sunt contra qui Francisco Bonafidio tunc verum medicarum in Gymnasio explanatori hoc laudibus certant, ipso Bonafidio haud aliud de se praedicante; nam, ut auctor est Bernardinus Scardeonius qui eadem aetate vixerat cum Bonafidius extremam senectutem attingeret, quo melius nominis sui famam posteris commendaret, debita quae sibi ob praeclarum opus inferia daventur, hos versus sepulchro suo sculpendos praescripsit:

Aeris. ad. aethereas. sonitum. dum. surget. ad. auras,
Hac. Bona. Franciscus. dormit. in. aede. Fides.
Materiem. medicam. docuit. qui. Antenoris. urbem
Quae. sacra. in. tota. non. fuit. Ausonia
Cuius. ob. auspicium. Venetum. Respublica. iussit
Ut. fieret. Medicis. Hortus. ut. Alcinoi
Delicias. vincens. oculis. utilemque. Minervam
Qui. que. foret. Patavii. gloria. splendor. honos

Equidem Bonafidius anno CIↃIↃXLIII epistolam conscripserat quam Gymnasii Patavini [Universitatis] rectores, ut mos ferebat, moderatoribus Venetias miserunt, enixe rogando ut de proposita materia apud Senatum quamprimum referrent. Doleo sane epistolam istam adeo evanuisse, ut nulla diligentia inveniri potuerit; certius enim quid constituerem, quod ex Gymnasii [Universitatis]

[margin:] ... litteris, moribus, eloquentia praestante, quem anno 1555 Pontifex summus Paulus IV
[33] sane Franciscum Barbarum Horto exornando operam dedisse moderatorum litterae ostenderint, quibus VI id. Mart. anno CIↃIↃXLVIII Patavinae urbis praefecto, ac praetori praecipiunt pecuniam Barbaro quam in Horti sumptus erogaverat ex aerario depromi

literis quae superessent, aruere conabor. Tribus enim iam elapsis
mensibus ex quo Bonafidii epistola[3] ad Triumviros data cum stu-
diosorum commendationis reddita quae fecerat, cum per magis-
tratum nihil rescripta esset, XVI cal. Mart. anno CIƆIƆXLIV
obsignatis literis id quod Bonafidius Gymnasio deside-
rabatur, iterum expostulant. ~~Ordinem~~ enim clarissimis Gymnasii Professo-
ribus Montano, Oddo, Monte, Frigimelega aliisque quos in con-
silium adhibuissent, publica prudentia subiicere commo-
da utilitatesque, quae Medicinae tyronibus, et universo
mortalium generi pervenirent, si promptuaria cella in qua
res ad Medicinam necessaria reposita essent, pararentur.
Ignorari enim, neque usum scientiamque internoscendi esse quae
sincera a fucosis, vera a falsis, utilia ab inutilibus secer-
nantur, necnon neque satis ~~verum~~ medicinalium generis [illegible]
constitutus est, neque schola iis quae ad Medicinam necessa-
ria expetuntur definita. Quae si in publicum commodum
pararentur, congesta remediorum materia, cuius pars
praecipua Venetiis facile comparari possit ex Indiis advecta
pars ex Insulis caeterisque maritimis regionibus quae Veneto imperio
subiecta sunt importari, fore ut studiosa iuventus
medicamentorum cognitionem celerrime adipiscatur,
siquidem collatis exemplis, iisdemque sub oculos positi-
is quid praestet quid non, facile acquirunt, ac fidelius
retinerent. Quod igitur praeterito anno per egregium
virum Bonafidium postulatum est, iterum postulare, et si aequum, ac Gym-
nasii rebus bonoque publico conducere censebitur, roga-
re haud operam, ut quam primum hac de re ad Senatum
referent. Quibus in literis nulla Horti ~~paranti~~ mentio habetur, nulla eden-
darum stirpium necessitas adiicitur, sed tantum medici-
nalis locus deposcitur in quo medicae res quae cultu non
indigent, sed siccae diu servantur, collocarentur. Nolo
tamen Bonafidio quicquam hinc detrahere, neque id eri-
pere in animo est, quod auctores ~~[illegible]~~ attribu-
unt, et quod ipse Bonafidius, deduxerat, ut pulcher-
rimum et praestantissimum sibi vindicabat. Fieri enim potest
ut epistola quae diuturnitate vel negligentia exciderit,
quid de horti institutione designavit simul ipse aperiret. Neque etiam a con-
ditione est credere, cum prima postulatio consensu
non acceperatur, altera notitione horti impetratum.
Profecto hoc satis convincit cum claro et manifesto argumento est
Triumvirum rogatione factum, et horti institutionem, Gymna-
sio Patavino decretam, Senatum decrevisse. Nam pridie
cal. Quint. anno CIƆIƆXLV ut supra posui cum Senatores ex more in Curia
convenissent frequentes, Gymnasii moderatores referrent
simplicium medicamentorum cognitionem maxime per ne-
cessariam quae tota medicina continetur, et ex qua prae-
sidia omnia adversus morbos derivantur, in tenebris
iacere, et in diem augeri atque amplificari, postquam harum
rerum doctrina publica auctoritate in scholis tradi coepit
desisse

fere in hanc sententiam

Cypro et Creta

Bonafidii

necesse tamen plurimum ad scientiae perfectionem, cum Horto Medico in quo, virides ex remotis regionibus, et praecipue ex Insulis nostris Creta et Cypro ubi optima remedia gignuntur, advecta et culta studiosa inventuris oculis subiiciantur, Gymnasium nostrum careat. Hanc autem admirabili quodam studio, et ingenti animi ardore expeti ab omnibus qui Patavii publice docendi munera funguntur, aut Medicinae rudimenta ponunt, ut crebris litteris ad nos datis declarant. Opportunitatem parandi soli perenni aqua circumfluente, ~~[illegible]~~ ne fures irrumpant oblatam esse per D. Justinae Monacos, qui [illegible] fundum propter egregii operis utilitatem locarent publicentur. Ut relatum fuerat, sic consulto Senatus, decrevimus locum in quo Hortus exurgeret humani generis commodis et usibus inserviens, quem primum comparavimus, stirpibus et circum undique conquisitis, instrumenta, cultores ceteraque ad culturam, et ornamentum necessaria paravi, Praefectum et tandem hominem delegi, cui Horti cura traderetur, denique Hortani Gymnasii moderatores, et eos qui in eo magistratu futuri sunt, summa potestate tradita, ut diligentia enitantur ad iusta exigenda quo celerius Hortum ad optimam frugem deducant. Et ne quis stirpes laedere aut rapere audeat, cultores et praefectum iniuria afficere, severas leges adversus malefactores promulgavi, nec non pecunias in sumptus ex Gymnasii aerario summovendi ius et facultatem data. Inter necessaria quoque est cognoscere quo studio et sedulitate summum consilium tot aliis gravissimarum rerum curis implicitum amplexum est. Continuo

Botanicam disciplinam

enim amplissimus Senator Sebastianus Foscarenus litteris excultissimus ac Gymnasii moderator ad agri comparationem missus est Patavium, tanquam de re summa ageretur, eoque curante, cum D. Justinae Monacis [illegible] quinti[illegible], siquidem hac Horti principibus facta, quae sibet profecere; siquidem hac Horti principium innititur, eademque firmatur.

In Christi nomine Amen. Anno currente a nativitate eiusdem millesimo, quingentesimo, quadragesimo quinto indictione tertia, die Lunae, septimo mensis Iulii Paduae in domo D. [illegible] Montis Ortoni super Prato Vallis praesentibus Sp. be. Doct. Iulio Sperono q. Excellentiss. Art. & Med. Doct. D. Bernardini Cive Padue, & D. Marco [illegible] q. Excellentiss. Art. & Med. Doct. D. Iacobi Cive Padue testibus vocatis & rogatis R. P.P. Mathias de Venetiis Benemeritus Cellerarius, et Sindicus Monast. et Conventus Vener. D. Monacorum Divae Justinae de Padua Ord. Sancti

Benedicti de Observantia devotae Congregationis
Cassinensis una cum Ven. D. Jovita de Brixia
Decano dicti Monasterij dicto nomine et per se et
successores suos dedit, locavit, et affictavit per
annos tres proxime futuros incepturos ad Festum
S. Justinae proximae futurae Clariss. D. Sebastiano
Foscareno Doct. Patricio Veneto, et Senatori
Optimo, Philosophoque sapientissimo uni ex
Reformatoribus Celeberrimi Studij florentissimique
Gymnasij Patavini ibi praesenti, agenti et conducenti
pro Alma Universitate Dominorum Artistarum dicti
Gymnasij Campos infrascriptos super quibus intendit
fieri facere unum Ortum Medicinalem tenoris,
qualitatis, quantitatis, conditionis situatos, et infra
Confines, de quibus infrapositos. Iam vero ratione
ut durante praesenti locatione habeat jure affictus
tenere ipsos Campos, et usufructuare absque alia
contradictione dicens campos ipsos pleno jure
spectare ad dictum suum Monasterium, et promit-
-tens dictus D. Magnif. conductor dicto nomine
manutenere et conservare in dicta locatione: ad
favorem cujus locationis dictus D. Sebastianus dicto
nomine promisit dictis R.R. Patribus praesentibus,
et stipulantibus nomine Monasterij dictos infrascri-
-ptos Campos benetenere et meliorari facere ad
arbitrium Boni Viri, et pro eis dare, solvere, ac
respondere facere de affictu dicto Monasterio
auctoritate Dominij sibi concessa sub die 29.
Junij praeteriti per Cameram Fiscalem Paduae,
sive Exatores Studij ducatos vigintiquinque in
totum computato affictu domus ad rationem
libr. 6:4: pro ducato solvendos in una Rata ad
Festa Paschalia Resurrectionis 1546: pactis infra-
-scriptis solemniter appositis quod si non fuerit
solutus integer affictus de anno in annum, quod
praesens locatio habeatur pro nulla, et non facta
quo ad residuum temporis. Item quod quandocum-
-que dictus Conductor relasabit dictos Campos
adit, quod Monasterium ipsum reconciaret
Monasterium praeffatum non teneatur modo
aliquo, aliqua de causa ad aliquam impensam
persolvendam conductori ex causa reducendi
dictos Campos ad statum prout de praesenti
reperiuntur, et hoc per pactum speciale, et
expressum ita conventum. Item quod dictus Magnif.
D. Conductor non possit facere aliqua meliora-
-menta nisi ea, quae fuerint necessaria pro
plantatione simplicium, et distinguere in quadros

secundum consuetudinem Hortorum Simplicium, et quandocumque relasabit dictos Campos possit ea asportare facere simul cum fustis et Plantis: Item, quod dictum Monasterium teneatur suis expensis effodi facere fossatum versus Ecclesiam, et projici facere terrenum a latere suo: Item quod dictus Magnif. D. Conductor teneatur fieri facere uno Ponte levaduro de legno, che non sia Commun per conservantia anche delli Beni del Monasterio. Quae omnia, et singula suprascripta, et in praesenti Instrumento locationis contenta promiserunt partes ipsae invicem, et vicissim solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus perpetuo firma, rata, et grata habere, tenere, attendere, observare, adimplere, et modo aliquo non contravenire. Sub obligatione bonorum Monasterij, et Conductoris praesentium et futurorum.

Campi de quibus supra.

Campi cinque, quarti tre manco tavole vinti terra arativa con una casa di Muro in Solaro con il suo Forno messi dentro della Mura della Città per mezzo il Monasterio del Santo confina a monte Mr. Zorzi da Lion mediante l'acqua, a sera l'acqua che và al Magio, a mezo di le razon del Monasterio di Santa Giustina, à mattina Mr. Piero Farinaso, così perticati questa mattina per Mr. Domenico dall' Attaco Perticador di Commun.

L. S.

Ego Joannes Jacobus Tassara Filius q. Egregij Tebelionis D. Leonardi Civis, et abitator Paduae in Contrata Falarotti Publicus apostolica et imperiali auctoritate Notarius, et Judex Ordinarius suprascripta Instrumenta de quibus dictus q. Pater meus, dum viveret, rogatus fuit ex Instrumentis suis fideliter in hac publicam et autenticam formam redegi, meque in fidem subscripsi signo meo solito apposito in robur praemissorum.

Comparato solo, architectura ea aetate peritissimus Andreas quo curante Divae Justinae templum tunc aedificabatur, in consilium publice adhibitus, Hortum in sphaericam formam digessit, amplo in subdiesiali vestibulo spatio, in quo Praefecti domus, aedesque colonis structa, et peregrinis stirpibus parata hybernacula, seminaria omne genus constituta ac denique arbores quae majoris incrementi sunt, posita. Et quoniam hortus aqua circum fluente insula est, aditus introeuntibus saxeo ponte datus, ubi elegantis structurae

ianua collocata, in qua summa leges ex senatusconsulto exa-
rata leguntur:

Triumviri Literarii

I. Portam hanc decumanam ne pulsato ante diem Marci Evangelistae, ante horam uigesimam secundam

II. Per decumanam ingressus extra decumanas ne declinato

III. In Viridario scapum ne confringito ne ue florem decerpito ne semen fructuum ue subtollito radicem ne effodito.

IV Stirpium pusillum succrescentem que ne attrectato ne ue areolam conculcato transito ue

V Viridarii iniuria non afficiuntor

VI Nih. inuito praefecto attentato

VII Qui secus faxit aere carcere exilio mulctator

Tum ne parum horto prouisum uideretur, quod longo circuitu adeundum erat, quo tamen Mediceus prope S. Antonii coenobium [illegible], magna mole pons construitur, et breuissimum ac directum iter aperitur. Gemina itaque uia Hortus frequentari cepit, quarum altera tota ciuitas ad S. Antonii templum conuenientes euocabat, altera e Vallis Prato, ubi nundina habentur, rusticos aduenas quos cives adducunt. De loci autem salubritate, pulchritudine, decore quid attinet plura referre, cum praestet Veslingii epistolam quae ad haec omnia declaranda usus fuerat, subiicere [illegible] etiam figuris quibus Horti status [illegible] Veslingii aeuo qualis fuerit, declaratur.

Hic Veslingii Ep[isto]la desideratur, nec non tabulae Horti.

De Horti Cultoribus

Constituto stirpibusque exornato Horto, culturae diligentius prospicien-
dum erat, tum quia inexperta operarum manu plurimae stirpes
ac rariores runcando evellebantur, tum etiam quia assidua cul-
toris cura necessaria videbatur, qui semina opportune Lege-
ret, qui aquam plene praeberet, qui pro stirpium natura aptam
cuique sedem ac proprium solum tribueret; multa enim assiduo
sole laetantur, multa umbra gaudent, multa utriusque me-
diocritate contenta felicius adolescunt et confirmantur. Itaque
Gymnasii Moderatores Horti incremento prudentius consulendo
Petrum Antonium Michaelem praestantem senatorem ac stirpium
doctrina ea aetate insignem summa potestate anno CIↃIↃLI
Horto praefecere ut in publicos fastus relatum est, cultoris item
constituendi, proposita annua florenorum XX mercede, facultate
facta. Quare Horti cultus Iacobo Saruisino, eodem Michae-
li curante, attributus ~~fuit~~ qui in annum CIↃIↃLXV quo Fran-
ciscus Farinatus eadem mercede suffectus fuit, a Iendis stir-
pibus sedulam operam dedit. At Farinatus indiligenter
cum se gereret segniterque, Melchiori Guilandino tunc Prae-
fecto, ut quem vellet, et strenuum existimaret, cultorem ha-
beret, anno CIↃIↃLXVI concessum. Hic igitur cal. Ian. inse-
quentis anni Matthaeum Borghesanum culturae delegat, cuius-
quidem manu et sedulitate per annos IX utitur. Exinde quo-
niam unius opera res herbaria minus prospere cedere visa
bini homines quotidiano labori addicti conducuntur. V igitur
cal. Ian. anno CIↃIↃLXXIV senatusconsultum fit quo Guilandi-
no id curae esse iniungitur, ut in Guilandini vita plenius
ostendemus. Quae consuetudo, vivo Guilandino, servata
ut ephemerides quaestoriae ostendunt, in annum CIↃIↃXC per-
mansit. Ex hoc autem anno delabente quo naturae Guilandinus
concesserat, atq. Horti administratio Iacobo Antonio Corteso fu-
erat demandata, in a.d. IV id. Sext. de cultoribus nihil memo-
riae traditum habemus ipsa summi ordinis sanctione qua anno CIↃIↃ-
XC IV id. Novembr. Corteso praefectura decernitur, colonos praeter-
mittente. Id in annum CIↃIↃXCIII dilatum quo ~~cultores~~ condu-
cendi ac mercedem determinandi facultas IV non. Sext. per se-
natum Corteso tradita. Hic itaque IV id. Sext. binos homines quorum alter
Melchior Ioanbonus, alter Baptista Carrarius dicebantur Horti
cultui addicit, eorumque nomina ad aerarii quaestores profitetur,
ut Ioanbono (qui velut villicus praeerat) librae CDXCVI, Carrario
CCCLXXII quotannis erogarentur. Per quos autem operarios
a Guilandini interitu in hoc tempus fuerit cultura administrata,
nullae litterae docent. Praefecti prudentia cultores legendi prorogata
potestate, Carrario sive vita functo, sive alia de causa ab Horto
submoto, eius vices Bartholomaeus Tiscus, eodem Corteso auctore,

anni CIↃIↃXCIII

anno CIↃIↃXCV VI cal. Mart. subit, eodemque librarum CCCLXX
II annuo praemio stirpibus colligendis ad annum CIↃIↃC ornatum navat.
Porro hoc anno augendae colonorum mercedis ob ipsorum indefessam
et sedulitatem initium fecit, iubentibus Triumviris ut Ioanbono in
posterum annuae librae CIↃCXX penderentur, Tiso CDLXV. Iterum
anno CIↃIↃCXIV magistratus liberalitate Ioanbono annuas
libras LXII, Tiso XXXVII accessisse litterae XIV cal. Sext.
urbis moderatoribus missae, atque in publicas rationes relatae
testantur. Horum diligentia et labore cultum Hortum ad annum
CIↃIↃCXVIII incertum, quo exeunte februario cum diem suum Bar-
tholomaeus Tisus obiisset, cultores conducendi potestate ab Horti
Praefectis ad magistratum revocata, Dominicus Ioannettus
Paracinus VII id. Sext. sufficitur tot nummis quot Tisus cultui
operabatur, in annuum sumptum constitutis. Iisdem conditioni-
bus post annos VII Blasius Asolanus, sive dimisso sive extincto
Ioannetto (nam utrumque ignoratur) secundas in Horto tenere IV
cal. Quint. iussus, et V cal. Mart. anno CIↃIↃCXXVIII Tonellus pri-
mas quas per annos ferme XXXVII obtinuerat Ioanbonus. Neque
Tonelli diuturna opera; nam anno CIↃIↃCXXXIV eius locum Ioann.
Mariae ~~Marcono~~ Zancherto annuis florenis LXX fuisse attributum inter Gym-
nasii acta custoditur. Eadem quoque monumenta Blasio Asola-
no Ioannem Machionem annectunt, et primum tyrocinia anno
CIↃIↃCXXXI in Horto posuisse ex moderatorum decreto quod adeo
subiectum Venetiis in publico tabulario servatur datum anno
CIↃIↃCXLI XVII cal. Febr. apertè manifestum. Equidem huius-
modi tabulas ~~[illegible]~~ eo libentius commemoro quod non solum primi
Machioni stipendium quae fuit ex annuo labore procedebat, florenos
LXVI fuisse definiant sed etiam alterum post annos X ad florenos
XC amplificatam ostendant.

Ut temporum ordo quantum vereor sibi valde implicari et confusi
sinunt, retineatur, ad cultorem Zanchertum redeamus. Hic per annos
tres cum aes publicum sub Alphino Prosperi filio Praefecto meruisset, ad
ignaviam et socordiam delapsus inhonorus dimittitur, Iulio Pizio
anno CIↃIↃCXXXVII V id. Sext. per Triumviros subrogato, florenis
LXVI quotannis collatis. Neque anno CIↃIↃCXLV eius neglecta
industria, florenorum summa LXXX in annua alimenta constituta,
eademque anno CIↃIↃCL ad florenos XC redacta. Hac ratione utriusque
cultoris opera pari mensura afficitur.

Mirari quoque subit ea aetate qua exiguus stirpium numerus
ut illa tempora ferebant, colebatur, praeter binos cultores publice
in Horto altos, tertium etiam mercenarium ad operis supplementum
quotidie solitum conduci. Quod ne extra fidem veritatis accessisse
videar, ex his quae subiiciam abunde cognoscetur. Ioannes
Machionus cum adultum filium haberet, supplicem libellum ma-
gistratui anno CIↃIↃCLI dedit enixe rogans, ut, quoniam la-
boris socium culturae causa alendi publico aere mercenarium

consuetudo

consuetudo exigebat, Antonium filium operarium habere si-
bi liceret. Quod aequum approbantibus Triumviris, ut pos-
tulabatur, conducticia operae stipes Antonio Machiono IX cal.
Januar. eodem anno decernitur, cum Iulius Pizius alter ex cul-
toribus excederet, et locum suum teneret. Hoc beneficium quantum
iusta petitum, quam iure in Machionos collatum Pizium in aemu-
lationem primum accendit, deinde in superbiam extulit, tum in in-
vidiam detorsit, demum ad insaniam redegit; certus enim Antoni-
um Machionum publica sanctione in Horto mereri, certoque signo
ad suum munus siquid humani sibi accidisset, potiendi, magistra-
tum adit, petit filium suum Philippum inter Horti custodes suc-
cessorem declarari, publicas aedes in quibus Horti Praefecti ha-
bitare solent, sibi ac filio attribui, ac quicquid soli a primum
cultu vacabat, in futurum filio cedi. Quae omnia Triumviris
nihil dolo malo agi opinantes decreto sanxerunt. Tunc Georgi-
us a Turre Horti Praefectus qui, cum Patavinus esset, propria
domum procul ab Horto incolebat, Pizii arrogantia maximeque
commotus, seque ~~de~~ bonorum suorum possessione [noceri atque] alii moleste
fidem et clementiam
favens triumviros obsecrat, rogatque;
implorat ne se immeritum multa afficiant; atque inauditum
damnent. Praefecti iusta atque aequa conquerentis precibus per-
moti Gymnasii Moderatores Patavinae civitatis rectoribus littera-
ras dant, quibus dum postulationi vacant, soli reditus praesenti
pecunia licere, eademque servari iussa. Interea perspecta
ac probe cognita Pizii persona, dum Pizius omnia sibi vindicat,
neque sua sorte contentus in aliena tantum amentia fertur,
nulla Perfecti cuius rogatione tot beneficiis seu magistratum
exornatus fuerat, in se meritorum habita ratione, triumvira-
li imperio prid. cal. Mart. anno CIƆIƆCLX cum familia pronuntiatur
abire cogitur, perpetuoque ab Horto relegatur. Et ne talia ul-
terius propter Praefecti absentiam in posterum acciderent, Georgius
a Turre ad incolendas publicas aedes accersitur, ibique proprium
domicilium habere iubetur.

Expulsis atque exturbatis Piziis, Machionos biennio solos Horto
colendo vacasse Triumvirorum litteris V cal. Febr. anno CIƆIƆ-
CLXII datis declaratur, quibus etiam praemia utrique decer-
nuntur, Machiono seni annuis florenis XXX cohonestato, eius-
que filio ad Iulii Pizii officium et mercedem aucto. Neque prae-
terita tempora gratuita habita; quippe praeter id quod
Antonio tanquam mercenario pro quotidiana opera depen-
sum fuerat, floreni L ex aerario expenduntur. Attamen
non diu tanta liberalitate Antonium frui fata sinunt, quae
anno CIƆIƆCLXIV vita subducunt. Post huius occasum, quo-
niam unius hominis atque aetate provecti manus ad omnia prae-
standa impar erat, statim Georgius a Turre Thomam Andreolum
Triumviris per litteras commendavit, eoque suffragatore factum
est ut Andreolus defuncti Machioni et munus et conditionem obtineret.
Hoc eodem anno cum aerarii ministri cultoribus pactam pecuniam

decimarum titulo imminuere vellent, hac re ad senatum delata
Patres prid. non. Febr. nequid hoc nomine detraheretur, sanci-
verunt. Quod opportunum ducimus in memoriam revocare, ut
omnes intelligant beneficiis omnibus atque immunitatibus Hortum
publice semper ornatum.
Ad alia quae propositi ratio exigit, transeamus. Piziorum mores
atque instituta Thomas Andreolus imitatus senescentis Ma-
chioni cui ex filia nepos Antonius Tita superaverat inter stirpes
educatus, et culturae peritus, locum occupare nixus per magi-
stratus indulgentiam anno CIↃ IↃCLXXXII V non. Octobr. facile
~~impetravit~~ eundem assecutus est, exceptione tamen facta ne vivo Machiono, munus
iniret. Qua novitate perculsus Machionus magna molestia
afficitur, quod alia moderatione se usum meminerat, cum
Antonium ex se natum non Julio Pizio cui longiori servitio praelatus,
sed sibi operarium (quod ultimae sortis gradus erat) a magistra-
tu petierat subrogandum. Constanti tamen animo, cum omnis fere
annos LXXX explevisset, ex quibus LIV in colendis Horti stirpibus
confecerat, nihil aliud nisi nepotem Titam laboris socium sibi pos-
tulavit, suo semper eundem alturus professus. Gratuita ope-
ra ~~[illegible]~~ libenter admissa, ac secundarii cultoris munus post
eius mortem ultro Titae oblatum, decretoque nonis Febr.
anno CIↃ IↃCLXXXIII ~~[illegible]~~ statutum. At Andreolus
posteaquam prima prospera sibi cessisse videt, iisdem artibus
insistere, fautoribus diligentius quam culturae inservire, omnia
quae in rei suae fortunam animadvertebat, curare pergens non
difficulter a magistratu impetravit, ut aurei floreni X anno
CIↃ IↃCLXXXVII V cal. Jul. sibi adiicerentur, atque anno CIↃ IↃC-
XCIV IX cal. Sext. XL qua summa non tantum superioris aeta-
tis cultores omnes, verum etiam ipsum Machionum qui publico
servitio per annos LXV tantum florenis CXX merebat, longe
post se reliquit.
Hoc eodem anno CIↃ IↃCXLIV Joannes Machionus moritur ho-
mo plurimi laboris et in stirpium cultu ac peritia valde
probatus, in cuius locum, ut constitutum fuerat, Thomas Andreo-
lus IV cal. Mart. successit. Subiicitur eius filius Sanctus, florenis
XC annuis decretis; quod Antonius Tita Machioni nepos quem
anno CIↃ IↃCLXXXIII, ut vidimus, cultorem secundum Trium-
viri designaverant, Andreolo obtemperare, et eius mandata ex-
sequi abnuebat. Equidem Tita cum paucis stirpium cultoribus ea
aetate conferendus erat; propterea ab Joanne Francisco Mauro-
ceno equite ac senatore praestantissimo continuo susceptus, et
horto quem Patavii in vico S. Massimi stirpibus exornaverat,
praepositus summa cura ac diligentia effecit, ut omnes cogno-
scerent quantum sedula manu, ac provida opera res herbaria
amplificetur. Itaque Maurocenus hortus unius hominis indu-
stria magnum nomen et famam nactus, editoque etiam ab eodem
Tita libro apud exteras gentes celebratus eousque floruit, ut
decus

decus vetineii, quoad eius cultor inter mortales permansit.
Contra publicus dissimilem cultum sortitus maximum detrimen-
tum accepit, cum dignitate colonum socordia deobscurata stir-
pibus nobilioribus vel ignavia consumptis, vel arte distractis,
collapsa cultura disciplina atque herbarum iactura Praefecto
Viali operam frustra fecerunt. Postea cum quam hic omnia
expertus nihil auctoritate nihil reprensione, nihil minis se
proficere animadvertit, extrema adoritur, ac de miserrima Horti
conditione cum magistratu conqueritur, auxiliumque implorat.
Tunc gymnasii Praesides, anno CIƆ IƆ CCII VIII. id. Sept. urbis
praefecto datis litteris, utrumque cultorem ad se arcessere, acriter
negligentiae, contumaciae, flagitii increpare, ipsumque Vialin
monere ut eosdem ad officium cogat, quotidianae operae exactor
securus existat, ac magistratum hac de re saepius certiorem
faciat, iubent. Sed non tali modo laborabant Andreoli qui
lenioribus remediis curari possent. Ad haec fautores accedebant
quorum gratia ac potentia ipse praefectus quasi innocuos columnia
tecaret in invidiam adducebatur. Prudentia igitur esse statuit Praefe-
ctus cum cultura ex sententia minime succedit, temporibus
se accommodare, 44, posthabitis stirpibus, totum animum ad
Hortum marmore fontibus, atque aliis ornamentis decorandum
concentrare. Quo constituto, sive ut Andreolorum patronos
sibi conciliaret, sive ne adversarios haberet, sive denique, ut
certa fama ferebat, quod, ingravescente aetate, memoria
defectum Andreolorum peritia (quantacumque erat) ad
stirpium historiam necessaria sibi videbatur, totam culturam
stirpesque colonorum arbitrio relaxat. Quin etiam fraude
suis rationibus alienum iudicavit commendatitias litteras
anno CIƆ IƆ CCXI scribere quibus Thomam Andreolum tan-
quam de Horto benemeritum magistratui repraesentabat.
litis, necnon fautorum cui atque auctoritate XX annuos
florenos quos a Machioni inceptis, ut primas in Horto age-
ret, contempserat (consueta enim primi cultoris merces flo-
renis CXX definita fuerat) ac a.d. IV cal. Jun. Andreolo
rependi curavit. Non dissimili consilio Sancto Andreolo
patre longe desidiosiori magisque inerti, et civis refecto apud
triumviros patrocinatus est, eius auxit stipendia, la-
bores, diligentiam extollens. Quo encomio Sanctus anno
CIƆ IƆ CCXVII XIV cal. Octobr., X florenis annuae mer-
cedi adiunctis, primus cultor, defuncto patre, designatur.
Praemio socordia desidiaque affectis, atque in Andreolo-
rum familia (binis namque praeter Sanctum civilis sexus
filiis auctus erat Thomas, quorum natu minimus Sancti
successor destinabatur) confirmata Horti possessione, cum
omnia ad stirpes attinentia pessum irent, laetam ac tranquillam
vitam viridarii agebant. Sed paucis perpetua ac stabilis fe-
licitas datur. Ecce Abbas Vialis ad summum humanae conditio-
nis gradum provectus subitaneo morbo quem ἀποπληξίαν vo-
cant petiti, corripitur, atque in magnum vitae discrimen adductus

[Margin note:] ac studio
44 utque peculiaribus non proficientia verorum, cervicis rigidae frena remittit aequo

ad omnia rapiet. Inopinatus casus ingenti terrore cultoribus adiicit; ideo e vestigio de successore soliciti, ac praeteritorum conscientia anxii ad patronos discurrunt, rogant flebiliter ut totis viribus ne pereant ac sedulus praefectus sibi imponatur, incumbant. Itaque hac de causa magno fautorum conatu apud Triumviros actum est, diuque publica cura in partes distracta. Tandem Iulius Pontedera huius historiae scriptor secus atque Andreaelorum vota exoptabant, Vialis successor declaratur.

anno CIↃIↃCCXIX XVII cal. April. per senatum

Qui Horti administratione confestim suscepta (neque enim mora ulla interponenda ~~erat~~, cum per dies XLV omnia ad historiam tradendam aggredienda erant) cultorum animos quos abiectos et consternatos minime ignorabat, erigere ac confirmare, seduloque eos monere, darent secum operam, ut omnes ~~incolti~~ fateantur, stirpium copiam qua pro viribus Hortus exornaturus erat, ad praefectum; cultum atque ipsarum conservationem ad viridarios esse referendam: praeterita ad se non pertinere: futura tantum curaturum, quae quo melius procedant, stirpes, semina, operas per quas laboriosiora peragantur, caeteraque ad cultum necessaria a se polliceri. Et ne inania iactasse videretur, vel ne graviora quam ferre possent, sibi iniuncta cultores secum et cum aliis expostularent, plures operarios conduci, vasa fictilia emi, instrumenta parari, cetera sterquilinia conquiri, et ad Hortum invehi, fontes refici, seminaria fieri sine cunctatione iubet, ad omnia pecuniam aerario depromi. Stirpes quoque ac semina ex universa Italia arcessere, peritos homines ad montes et maritima loca ~~vad~~legare, ipse quoque circumire, vicinasque radices quotidie ad Hortum mittere simul instituit. Hoc maxime modo, assiduaque cura consecutus est, ut ad calendas Maias cum Hortus publice aperiretur, satis pro temporis angustiis paratam ad historiam materiam haberet.

Ad pristinum decus restituto Horto, stirpibusque ornato, Praefectus publico munere functus cultores ad se vocat, praecipit singulis ut in officio sint, sibi audiant dicto, ac sua pecunia, industriaque amicorum liberalitate parta, et minimo ipsorum labore constituta diligentia atque assiduitate tueantur. Stirpium culturam quotidianam operam exposcere; ~~et~~ curam magis frequentem et gnavam quam laboriosam, sed interruptam proficere; omnia opportune esse praestanda; nam siquid negligentia cessat, omnis annuus labor confunditur et perturbatur. Nullam esse sine stirpibus praefecturam, eandemque se non precariam gerere, sed cum omnia ad publicam utilitatem et decus referat, privatis rationibus posthabitis, in id conniti, et toto pectore connisurum, ne Horti nomini et incremento, ne Triumvirorum de se iudicio, ne amplissimi ordinis sapientiae, ne demum gymnasii Patavini gloriae ullo tempore defuisse videatur. Quare ipsi quoque quibus labori vacandi, ac sibi parandi onus impositum est secum contendant, atque horti ~~statum~~ cultum ad aliquam speciem restitutum nitidiorem, ac fructuosiorem reddant, proque certo habeant egregia facta validius quam clientelas universas ad omnes casus praesidium

10

sidium illis securum. Praesentem Horti statum moderatoribus qui proximis praeteritis diebus publicae historiae inserfuerunt, innotescere; ideoque nullum accusationis locum si ipsorum culpa deterior evaserit, relinqui. Hac securus non nescius ob morum depravationem incassum fandi, quoniam montanae stirpes in Horto desiderabantur, ad Alpes proficiscitur, se quam primum cum stirpibus rediturum denuncians. Patavio vix egresso Praefecto, Andreola metu omni et verecundia soluti ad pristinam consuetudinem revolvuntur, ac vitiis non occulte, sed palam affatim indulgent. Igitur variora quaeque pecunia distrahunt, fictilia vasa aere item permutant caetera quae amplorem non inuenere avidiorem, negligentia, malis herbis quas tam diu parum culta tellus sua sponte abunde fundebat, interire sinunt. Equidem dum quis haec oculis perlustraret, vix percipiet sane, maxima vitia stultitiam esse; nam nemo, nisi amota mentis talia nullo avidi flagitio contaminata perpetrare potest, quibus id acquiritur quo alitur et sustentatur. Quid de nostra dicam qua quis tam manifesto teneretur? Nam quid perperam impunitatem sperare potest, dum saepe quo tardius improbitas vindicatur, eo gravius punitur? Caeterum post dies XL redux Praefectus, ut tantam stirpium iacturam animadvertit, insanabile colonorum ingenium, eosque non vitiosos homines aut morbosos, sed ipsum vitium esse et morbum quae leni medicina corrigi et mutari non possent, cognoscit; quare extrema remedia tentanda. Ad magistratum continuo litteras dat, quibus miseram, acerbam, ac luctuosam Horti conditionem significat, nullum iam sua industria et diligentia tam brevi temporis spatio superesse vestigium; se annuo labore et maximo sumptu contractis frustra cum incertaris vitiis colluctari. Nihil non notam sumptis frustra cum incertaris vitiis colluctari... pronunciabatur. Sed ad leniora ex antiquo instituto propensus magistratus urbis rectoribus mandat utrumque cultorem ad se accitum contumaciae et nequitiae vehementer redarguere, ac subinde publica patientia abusos pacta pecunia mulctare. Omnia incassum acta; ea enim erat morum corruptela ut neque beneficio, neque obiurgatione, neque pudore, neque poena emendari et restitui posset. Quapropter par potentissimum factorum gratiam in annum CIↃIↃCCXXI dilata animadversione, nonis Decembr. decretum est ut utroque cultor Piziorum exemplo Horto excederet. In hoc tamen publica clementia emicuit, cum statutum fuerit, ut florenis C Thomas Andreolus dum viveret, ex aerario quotannis aleretur. Interea ne cultor aliquis Horto deesset, Sanctus Melioninus Patavinus operarius annua florenorum LX^{xiii} mercede eodem loci tempore cultura suffectus. Insequente anno a Praefecto magistratui praepositum Sylvester Latinus Senensis homo multa industria, et fide atque assiduitate probatus quem primum cultorem, annuis florenis CXX statutis, V Kal. Mart. decreverunt.

Ilis cultoribus Horti rursus refici ac recreari coepit; nam inculta quaeque stolonibus et sentibus obsita renovari, fertificari fimo, stir-

pibus conseri; male culta repastinari, novis hederis expediri, ad summum nitorem distingui; antiqua specularia resarciri, nova institui; caetera denique situ, squalore, et sordibus detersis, in ampliorem formam redigi eodem tempore instituerat. Haud secus omni cogitatione, studio, cura Praefectus in id incumbere, semina et viviradices ex remotis regionibus evocare, frequentes peregrinationes suscipere, ac stirpes in Hortum devehere, cultores praesentia, hortamento, laudatione, praemio assiduos reddere, cum probe sciret quantum in rem herbariam amplificandam et custodiendam industria opera diligentia conferre possit. Hac ratione Hortum honoratissimum stirpibus refertissimumque celeriter effecit. Neque deterior factus, cum anno CIↃIↃCCXXVII Sanctus Meliorinus summis laboribus impar hinc amigravit. illico enim ejus frater Antonius intermissum opus suscepit, Triumvirum auctoritate loco et mercede quae Sanctus obtinebat, concessis. Ineunte anno   et quo Sylvester Latinus colendis stirpibus sedulam operam praestabat majorem in modum praefectus a magistratu petiit, ut aliquod liberalitatis genus quod ab ejus humanitate proficisci poterat, in cultorem tam bene meritum conferret. Approbata rogatione CXL annui floreni supplemento expleti. Omnia satis feliciter atque ex praefecti sententia in Horto gerebantur. Attamen ad varios fortunae eventus prospiciendum erat, quoniam tota stirpium custodia ab uno capite pendebat, cum Meliorinus manu tantum operaretur, litterarum rudis et culturae. Filius erat Sylvestri unicus Joannes quem parvulum in Hortum pater adduxerat. Hunc si fessus iaceret Sylvester, aut morte occumberet, succedaneum parari optimum visum. Quare parentes hortatur praefectus ut adolescentem inter stirpes educant, atque a primis annis labori assuescant. Se apud Triumviros cum per aetatem licebit, curaturum, ne ejus opera inhonora praetermittatur. Obtemperatum est. Colendo adolescit Joannes assiduus parentis socius et discipulus. Annum decimum octavum cum ingrederetur, Praefectus magistratui ostendit binos homines propter stirpium numerum culturae minime sufficere, tertium necessario parandum, eundemque artis peritum, qui ~~[illegible]~~ primi cultoris si forte morbo implicaretur (quod Meliorinus manu tantum operabatur, litterarum rudis et cultus) vices apte subiret. Quem comparatu quoniam difficillimum fore prospexerat, se dedisse operam ut in Horto cresceret, et laborando proficeret, ne cum opus esset, extrinsecus quaereretur. Sylvestris viridarii filium esse Joannem qui a prima aetate ad annum XVIII cultui addictus usu atque experientia talem se ostendit, ut ex quotidiana intentione certum specimen capi possit. Ad hoc tem-

pus

pus paterna impensa sustentarat: aequum iam esse pa-
rentem levare onere, et simul iuvenis animum aliqua libe-
ralitate devincere, ad meliora erigere, atque ad incepta be-
neficio accendere, ne dictus necessitate in diversa tra-
hatur, et aliunde fortunam suam investiget. Si ad naturam res-
piciatur, haberi in Machionis [illegible], cum in illa stirpium pau-
citate reliquis cultos publice alerentur. Praefecti consilio ac pro-
videntia assentiuntur Triumviri, Joannemque Latinum inter
publicos cultores nonis Juniis anno CIↃIↃCCXXXVIII adscribunt
et florenis annuis L alendum decernunt. Eodem tempore mer-
ces annua florenorum LXXX Antonio Moliorino constituta.
Validam aetatem iam auctus Joannes, et servitio ac diligentia
probatus, annuis florenis X, Praefecto operam suam praebente,
anno ~~suffragatur~~ cohonestatur.

Qua ratione et per quos omnia sarta tecta in
Horto praestentur.

Quoniam stirpes non solum plurimi parantur, et servantur, ve-
rum etiam aluntur, ac recentes plurimi, quotidianosque sumptus
requirunt, ne cunctando graviori impensa damnum ~~reparetur~~ resarciatur,
publica sapientia opportunum duxit, Triumviris Litterariis
facultatem tradere qua, se inconsulta, pecunia quanta ad
Horti incrementum, cultus, et conservatione necessaria cense-
batur, ex aerario sumeretur. Itaque ut optimum habitum, ita
III cal. Jul. anno CIↃIↃLXV per Senatum decretum fit, eoque
potestas maxima sumptus in Hortum faciendi solvendique ~~et~~
publico magistratui permissa: Quod eximium summi ordinis
de suo iure derogantis quo melius stirpium culturae con-
suleretur, in Hortum collatum beneficium quantum ad herba-
riam rationem profecerit, nemini obscurum; Hac enim Lege au-
cti Triumviri diligentius incumbere, omnia solertius perspi-
cere, celerius Praefecto necessaria suppeditare, sumptibus
perinde ob temporis compendium parcere, ac decori inservire,
cultores quoque fama constringere, probatos praemio afficere,
ineptos reiicere, operas pro anni conditione conducere, pe-
ritos homines ad comparandas stirpes in Alpes et maritima
loca mittere dum per se valent, cuncta opportune pa-
rantur, feliciusque cultura procedit. Quae si per Se-
natum agerentur, partibus graviori publica cura distentis,
serius cum maturare oporteret, de Horto rogatio fieret, et
facienda rem decernerentur, cum Hortus magnum detrimen-
tum iam cepisset. Provido igitur consilio talium rerum procu-
ratio Gymnasii et Horti Moderatoribus attributa est a
quibus sub ipsis Horti [illegible] erudiendis aedibus, multa

comparandis stirpibus, multa cultura, stercorationi, hortamentis
colonis, caeterisque quae ad stirpium disciplinam augendam usus po-
stulat, expensa fuisse quaestorum libri declarant. Seu ipsos quo-
que Triumviros Prosperi Alpini et Veslingii filios ob paterna me-
rita pecunia, nullo senatusconsulto peculiari id iubente, sublevatos
accepimus; quod qui egregiam Horto operam navassent, ab Horti
rationibus non disiunctos intelligebant. Diuturna haec facultas
Triumviris servata, tandem cum languescere, antequam aeo peni-
tus deficeret, III cal. Sext. ann. CIↃIↃCLXXXI, Aloysio Contareno
duce, frequenti senatu restituitur, et confirmatur. Quod decretum
in hoc tempus viget, cumque suam retinet; propterea quidquid
ad Horti commoda et rectam spectat, magistratus libero ar-
bitrio subministrat. Verumtamen multo praestabilius est cogno-
scere qua moderatione sapientes viri amplissimi consilii indul-
gentibus legibus utantur. Quae levia, mediocria, vel ex consue-
tudine quotannis incidentia, per se Triumviri curant: cum de
gravioribus et magnis expensis agitur, senatum adeunt, rogant
quid in tali negotio faciendum patres decernant. In senatus-
consulto vetatum est cum aedes publicae anno CIↃIↃCXIIII
in Horto reparandae essent, de ea re per Triumviros in curia
verba esse facta, et patres auctores fuisse, ut pecunia
in sumptus ex aerario depromeretur. Similiter anno CIↃ
IↃCC quo, Praefecto Abbate Viali, pleraque in Horto fulmi-
nis ictu incensa sunt, restaurationem referentibus Mode-
ratoribus, per senatum esse sancitam, magistratusque
prudentiae demandatam. Haec tantum peculiari lege acta
in Horto reperio: caetera a prima Horti institutione, et
a primo promulgato decreto de quo retuli, ad nostra
tempora magistratus per se procuravit. In qua tamen
re Praefecti praesentia non negligitur, cuius litteris vel ro-
gatione Moderatores admoniti pleraque eius arbitrio prae-
standa permittunt. Equidem sumptus qui ad reparandas
stirpes quotannis necessarii habentur, per Praefectum cui hoc
nomine Moderatorum iussu librae CCLV pendebantur, sem-
per ~~fieri solitos~~ faciendi vetustam consuetudinem fuis-
se video, quamvis principium ignoretur. Extant litterae
quas Triumviri Franciscus Molinus eques et D. Marci Pro-
curator, Hieronymus Capellus, Antonius Quirinus Joanni
Malipetro Patavinae civitatis praefecto ann. CIↃIↃCVI
prid. non. Sept. dedere decernentes ut pecunia quae pro
comparandis stirpibus ex antiquo instituto debebatur, Prospe-
ro Alpino Praefecto quam primum erogaretur. Porro nostra
aetate, qua vetustissimo stirpium Horto, magnas expensas in sui
tutelam atque instaurationem cuncta deposcunt, ad omnes
annos sumptus librae CIↃCC Praefecto ineunte vere solvun-
tur.

debilitata

rem, quibus in expensum relatis, et publicae computationi
subiectis, rationes per magistratum rescripto probantur.

Quo ~~[illegible]~~ ordine stirpium historia in Horto tradita fuerit, et quo hoc tempore tradatur.

Non videtur alienum recensere, quoniam ad id instituti nostri argu-
mentum nos ducit, qua forma primum, et qua deinceps docendi
in Horto fuerit, quoque anni tempore, quo maxime modo, ac
quibus praesentibus stirpes antiquitus explicarentur, ut ad nos
tandem descendamus. Nullum rei herbariae publice exponendae mu-
nus Anguillarae iniunctum inter incertiora constat, et cum Horti ma-
gister diceretur, ea significatione appellabatur, qua apud
Romanos equitum (quibus praeerat, et quos moderabatur) ma-
gister praestabat. Itaque Anguillara Horti curam non perinde
ac paterfamilias domus et fundi rationes iubendo admi-
nistrat, cum imperio gerebat, omnia quae ingenuo viro digna inve-
niuntur, per se, servitia per operarios praestare solitus, ut
seminaria constituere, rara fovere, in ordinem digerere, vacuas
sedes sobole frequentare, munditiam facere, specularum et
situm tenere. Secuto tempore cum stirpes adolescerent,
et thesaurum copia superaret, anno CIↃIↃLXIV ab Horto con-
dito decimo nono Guilandino stirpes declarandi onus imposi-
tum. Is fecit primum in Horto stirpium historiam, ut vero sim-
plicium: nam sedente in Horto Praefecto, colligendi herbas
per Hortum sparsas discentibus libera potestas dabatur.
Quibus lectis, quisque ramulum praeceptori ostendebat di-
cens prisca formula: Domine magister quo nomine dici-
tur ista planta? Tum professor et nomenclaturas et
vires (si notae et probatae virtutis stirps tradebatur) singulis
indicabat. Quapropter cum Hieronymo Mercuriali scribat Gui-
landinus, se publico munere fungentem lectissimorum iuve-
num omnia cognoscere cupientium concursatione maxime ob-
lectatum esse hunc morem declarat. Diuturna haec consuetu-
do viguit, quae in Veslingii tantum praefectura defecit,
atque evanuit per Triumviros interdicta. Res hortorum
et quae et tenui fama pendent, colligam, atque in com-
mentarios redacta posteritati commendem, antequam inter-
cidant, penitusque tenebris obruantur. Cum anno CIↃIↃ
CCXVI in Hortum, iam absoluta historia, essem ingressus,
Joannem Baptistam Scarellam versatum in stirpium studio a teneris
annis, ad fontem sedentem ~~[illegible]~~ vetustissimae aetatis
exemplum offendi, qui praesens stirpes indicandi institutum in-
terpretans, atque antiquum, ut senes plerumque solent, commendans,
ea mihi memoriter referebat quae adieci, cum Veslingii auditor
fuisse gloriaretur. Non consulto, addebat, sed hominum improbi-
tate factum est, ut prisca docendi ratio antiquaretur. Laboris

enim Acuantius invidia in Veslingium exardens, quod hunc sibi
in horti praefecturam praelatum moleste graviterque ferebat, ince-
ne accertam dolis excitat, atque Aconitum quod Napellus a Casp.
Bauhino dicitur, ita paratum et foliis circumcisum, ut Anthorae
speciem praeberet, tradidit eundem monens ut Veslingio in more
scholam in horto habenti offerat, et de proposita herba senten-
tiam exquirat. Veslingius nihil subdolum vel adulterinum suspicans
quod externa facie exemplar referebat, esse Anthoram, atque
Aconitum salutiferum appellari pronunciavit. Acuantius qui
non longe astabat tanquam ex insidiis prorumpens perperam di-
ctum increpare, malo exemplo iuventutem decipi, ac venena
pro medicina doceri exclamat. Hinc turbae ortae, hinc con-
certationes, et rixae. Quod cum intellexissent Moderatores, ne
fraudi locus in posterum relinqueretur, veterem docendi morem
sustulerunt decernentes ut Praefectus per hortum circumiret,
atque astans de unaquaque stirpe in sua sede posita
ageret, vires naturamque explicaret.
Haec fabula a quo vera prodita (quippe qui ea tempestate
vivebat, Veslingii opera botanicis studiis imbutus) haud in-
ficior, quamvis antiquioris originis institutum novum ab Joanne
Prevotio antea usurpatum esse inveniatur. Nam in Germanicae
nationis commentariis memoriae traditum est Prevotium anno
CIↃ IↃCXXXI III non. Mai. de re herbaria agere instituisse
matutinis horis nova consuetudine ad publicos stirpes osten-
dentem, medicinae tyronibus tantum praesentibus, porro ea
quod eo anno pestilentia grassabatur qua ipse Prevotius
quarto ab hinc mense III non. Sept. extinctus est. Ideo
omnia praeter morem acta, medicis tantum expositis, ut opinor,
stirpibus, quo celerius conventus dimitteretur, antequam
aer lue infestus esset gravior evaderet. Prisco enim modo
circumeunte iuventute, sedente doctore, stirpibus sine di-
scrimine lectis, multum temporis impendendum erat, dum
medicae a noxiis, dum utiles ab inutilibus, dum herbae ab arbo-
ribus et fruticibus discernuntur, et de unaquaque singulatim
disputatur. At tum in summa civitatis calamitate, cum
omnia moerore, luctu et funeribus plena ac referta essent,
omniumque animi timore solliciti, unusquisque in se conver-
ti formidante quae in proximo exhorrebat, non orationis
blandimenta quaerere, non immensa naturae opera co-
gnoscere studebant, sed praecipua et maxime sibi necessaria
comparabant, circumitis omnibus quae moram innectere poterant,
atque a propriis aedibus, ubi quisque sibi diligentius consulebat,
longiori sermone retinentes avocare. Eadem de causa anno
hinc tertio, nondum defunctis morbo civibus, successorem Prevotio
datum Alpinum Prosperi filium matutino X cal. Jun. de stirpibus
docuisse eadem monumenta testantur. Ut primum vero in-
festum mortalibus sidus ad meliora conversum est, et cives vene-
ari ac publica loca frequentare coeperunt, Veslingium qui Alpini
praefecturae haud diuturnae suffectus fuerat, ad pristinam con-
suetudinem

senectutem rediisse, ac iuventuti stirpes cognoscere [13] cu-
pienti se antiquo exemplo sedentem praeceptorem praebuisse
non a vero alienum videtur.

Caeterum immutato habendae historiae statu, plurimum rei her-
bariae studiosis id profuisse existimandum est; praestat enim vi-
ventes stirpes contemplari, folia et infima et superiora cognoscere
crescendi indolem attendere, flores, fructus, semina qua parte
oriantur, intueri, quam detruncatum ramum, pallescentibus et
contractis foliis deforme exhibere. Praeterea quantum oratio-
nis compendium fiat, nemo non tenet; ex ipso enim intuitu statim
spectator assequitur arborne an herba, frutex an suffrutex
visa stirps habenda. Magnitudo item apparet, florendi ordo
innotescit, caulis natura num recta, an humifusa manifesta.

Quare multa tanquam supervacanea a docente praeter-
mittuntur, quae antiquo more enarranda erant, ac dili-
gentius et saepius explicanda. Veruntamen haec tam praeci-
pua et singularia discentium protervia et licentia praever-
tuntur. Conculcantur stirpes, pedibus atteruntur, dilaniantur,
avelluntur, dum exempla rapiunt, atque ita affliguntur. Hortus
ut deterior fieri neque grandine, neque ariditate, neque
nimbis vi, neque majori alia coeli injuria possit. Ideo quotannis
tanquam ex integro novas stirpes serere, afflictas fovere, varia
propagine reparare, amissas aut itineribus, aut pecunia,
aut amicorum beneficio restituere necessarium. Accedit au-
ditorum murmur, discentium tumultus, otiosorum stipatio, mu-
lierum saepe garrulitas, ac popularis turbae susurrus quibus
habentis historiam animus ita perturbatur atque avertitur,
ut si paratam domi orationem afferat, memoria defectus
haereat primum, deinde obmutescere cogatur. Quid cum huc
atque illuc circumstantium vi impellitur, et dum ad aliam stirpem
explicandam concurritur, in obversa circumagitur? Quid cum
stirpes cultu difficiles intuentur rarae aut ab radice evul-
sae, aut discerptae, aut raptae spectantur, quo visu decessor
noster Vialis adeo exardescebat, ut Gallica pila (binis enim ha-
statis militibus, nequid ~~negocium~~, stirpium historia Lectoris
Parisiorum peragitur) sibi palam exoptavit? Quid denique cum
pluvia imminet, tempestas ingruit, venti concurrunt? Sed et
tam gravibus incommodis obnoxius ac circumseptus professor
tamen in adversa nititur, usuque loquendi ceu veteranus
miles mala cuncta aequo animo fert, et prudentia mode-
ratur. Nam et stirpium iactura (quod maximum detrimentum
habendum) facile reparari potest, seminariis, ut ego insti-
tui, extra hortum positis, et rarioribus stirpibus paucorum
studio, et sedulitati reservatis, dum saepe per annum de
Alpibus montanis deportatis, quod nostrum caelum ac campum
aestus difficilius ferunt, demum seminibus circumundique petitis
quibus vacuae sedes renovantur, ac deperditarum numerus

quis arceat, dilaniet
attingat prohibentibus)

resarcitur. His quidem praesidiis a nobis provisum est, ut
Hortum stirpibus ornatissimum semper haberem, et studentium
cupiditati satisfacerem. Neque ab antiquis traditum nobis docendi munus
simpliciter sustinuimus; quin certa regula digestis in ordinem
stirpibus, historiam pro nostra mediocritate etiam accuratius
visi sumus. Equidem cum viderem tantam rerum molem incondite
atque inordinate, ut decessores nostri solebant, minime posse
pertractari, minimeque a tyronibus ulla ratione suscipi ac fi-
deliter retineri, ut primum Horti administrationem sum aggressus
dedi operam ut stirpium genera in certas classes digererem, sin-
gulas stirpes pariter cognatione inter se affines suis gene-
ribus adiicerem. Tum flores, semina, fructus quibus genera
innituntur, loculatis tabellis quales ferme pictores adhibent
imposita, et singula seorsim collocata auditoribus subieci, ea-
demque si diligenter attendatur, maximum futura discen-
tibus adiumentum declaravi. Haec ad singula genera parata
pro mea diligentia cum explicaverim, tum de unaquaque stirpe
ita dissero, ut nomenclaturam sive definitionem ex decessorum
instituto quasi dicenti similis ingeminem, quo melius ab
auditoribus noscatur, et memoria vel scripto tradatur. Addo
historias vel fabulas, si quarum stirps proposita innotuerit; addo
natales sedes; addo signa quibus cognosci possit, atque a cognatis
separari. Addo demum usus naturamque vel medicam vel natiam,
inter incerta commemorata cuius vis et facultas intimo naturae
arcanis delitescit. Non praetermittitur quo anni tempore nascatur
si annua; quo floreat, semenque ac fructum perficiat; quibus
mensibus ~~aequus~~ sit ~~et~~ medicamentosior, atque iis commodis
quae praestat, magis apta. Et quoniam medica remedia in plu-
rimis stirpibus non acervatim ex tota desumuntur, cum sint
quae ex flore, aut de semine vel fructu parentur, multa ex
foliis constent, nonnulla ex caule, ligno, cortice, gummi, resina
componantur, multa ex radice fiant, haec omnia ibi singulis
pro sua quaque discrimina explanare necessarium duxi.
Quae tamen paucis concludo praecipua ac maxime necessaria
sedula cura complexus, ne spectatores prolixiore oratione
in Horto detineantur, ac, subortis tenebris, prius conventui se
subducant et abeant quam dicendi finem faciam, cum quotidie stir-
pes ferme quinquaginta a nobis sint exponendae, et uni-
versalis historiae non perfecta enarratio (quod mortalium
nemini in viventibus stirpibus exequi concessum) verum aliquod
~~ad~~ compendium habeatur.

Quibus institutionibus stirpium historia in Horto botanico
tradi solita, quoniam docuimus: nunc quo anni tempore Hortus
publice pateat, et docendi principium fiat, breviter indican-
dum. Antiquitus VIII cal. Mai. aperiri Hortus incipiebat, ac
ex illo stirpes indicabantur, ut tabulae superposita in-
scriptio declarat quam capite I commemoravi, et [illegible]

Quod postea ad VI non. Maias revocatum; siquidem ubi hoc
mense ineunte propter gelicidia et pruinas frigidosque ventos Che-
licionias quibus Cisalpina Gallia circa infestatur, stirpes prae-
ari incipiunt, et germinare ac florere. Quin etiam nonnunquam tem-
pestatibus adeo afflictos iacet flores, ut aliquot dies sit superse-
dendum, dum stirpes adolescant, atque aptam formam acquirant.
Quos ob inopinatos autem flores, fructus, semina ovaria usui
esse in historia indicavimus, serventur sicca, praesertim cum
stirpes multae natura serotinae sint quae in exeuntem autum-
num florendi tempus differunt, multae etiam praecoces primo vere
exeunte hieme florem emittant, ac semen maturare festi-
nant.

Hora autem vigesima secunda, declinante iam sole, conveniunt
auditores, quorum alios naturalium rerum scientia, vel medicum
studium adducit, alios materiae amoenitas incitat, multos locus
ad recreandum opportunus allicit, nonnullos etiam otium ur-
banum immittit. Cum Rectores, Syndici, ac Prosyndici Gymnasii
proceres creabantur, iis primus honor dabatur, deinde pu-
blicis Professoribus, demum auditoribus caeteris, exemplo ex
Gymnasio petito, ubi ab antiquissimis temporibus huiusmodi
institutum vigebat. Hoc inferioris aetatis gradu quo ex Profes-
sorum numero Syndici creantur, Professores primas obtinent,
nisi forte urbis moderatores (quod nonnunquam fit) inter-
esse cupiant, quos pro Reipublicae majestate ante omnes
obsequio, cultu, honore prosequitur Praefectus. Scire etiam
oportet, cum senatusconsulto quis Praefectus declaratus pri-
ma auspicia petit, ac docendi principium capit, civitatis re-
ctores necessario adesse debere, quos professor designatus
ac Syndicus cum Gymnasii apparitoribus ad Horti ianuam ex-
cipiunt, eosdemque ad tribunal in vestibulo positum de-
ducunt, ubi sedibus in orbem digestis, oratio habetur.

De Professoribus qui simplicia remedia in Gymnasio Patavino pertractarunt, et Primum de Francisco Bonafidio.

Quamvis instituti nostri non sit de professoribus agere qui
in Gymnasio disciplinas artesque liberales interpretando
docuerint, tamen ut errores nonnulli quibus implicantur
tempora, ac gymnastica cum iis quae ad hortum pertinent
miscentur, removeantur, inter necessaria esse video
eos breviter recensere qui remediorum usus in Gymna-
sio explicarunt. Quis enim non docuit, ac scriptum reli-
quit Franciscum Bonafidium primum horto praefuisse,
primumque de simplicibus in eodem [illegible] pertractasse;
cum princeps quidem in explicanda materia medica extitit in
gymnasio Bonafidius, horti vero curam nequaquam gessit
neque simplicibus colendis fuit addictus. Nam anno CIƆIƆXLV
[illegible], ut ostensum est, insequenti XV cal. sept. ex
senatusconsulto Bononia Aloysius Anguillara evocatur, hor-
ti administrationem capessere iussus, Bonafidio in Gymna-
sio de medicamentis scholam habente. Hic patria Patavi-
nus natus anno CIƆCCCCLXXIV medicinam extra ordinem
in infimis subselliis docentem anno CIƆIƆXXIV in Gymna-
sii libris invenio, et florenos XX eius honorarium annuum [illegible]
consuetudine fuisse acta Bibliotheca in qua rationes
ad publicum patrimonium attinentes custodiuntur, osten-
dunt. Clarescere hinc incipit. Anno proximo III id. Novemb.
eius ratione in senatu habita, decernitur ut medendi usum
in secundis subselliis doceat, annuis florenis LXXV. Anno
hinc septimo iubente iterum senatu inter ordinarios, ut vocant,
Professores candelam tradere coepit, appositis hono-
rario florenis XLV. Sequitur annus CIƆIƆXXXIII nono
docendi munere insignis. Cum n. nullus professor [illegible] Dios-
coridem interpretaretur, remediorum mixturis aptas explicaret, pro-
ut credere est, hanc medicinae partem deposcente Gym-
nasio, triumviri literarii sive quia studiosorum desiderio
satisfactum vellent sive quia optimum id fore censerent,
senatum in ea re consultarunt, rogant quid patribus pro communi
bono videatur. Assentientibus cunctis, triumviri auctores
fiunt, ut honor Bonafidio demandetur. Utrumque sena-
tus consulto sancitur. Primus itaque in Gymnasio simplicis
naturae remedia explicandi munus iniit [illegible], eodem
quo medicinam profitebatur, honorario, iniit Bonafidius anno
tertio ac decimo citius quam hortus institueretur. Propterea
scriptores qui haec tempora ad hortum traducunt, a cuius ini-
tio magno intervallo differunt, veteres memorias quae
Patavii servantur, senatus acta, ac Triumvirorum commenta-
rios aut indiligenter aut nullo modo inspexisse crediderim; his n. claris
signis, et testimoniis historia adeo elucescit, ut quicquam

(ad Hortum instituendum nonis Iulii)

(extra ordinem)

([illegible] Novembris)

(in quo omnia ad omnis pro republica digni-
tate sustinendum necessaria continentur)

casio [illegible] causa loquuntur.

addere supervacaneum opinor. Ad Bonafidium re-
vertar. Anno CIↃIↃXXXIX nonis Juliis in senatus actis
video eius honorarium florenis XXX auctum, rursumque anno
CIↃIↃXLII V. non. octobr. sed hos non gratuito honore datos
qui ad comparanda simplicia concessi. Hinc mihi nova dili-
gentiae causa oritur, quam declarare oportet, et manifes-
tum reddere quaenam fuerint simplicia ista in quorum sum-
ptus pecunia decreta. Numquid ad stirpes comparan-
das et colendas? At in quo loco servandae, nondum horto
publico constituto? Licet quis apud se privatim stirpes a
Bonafidio cultas. Non inficimur, quod fieri potuit: ceu in horto
de quo quaerimus, factum negamus. Sed vero si Bonafidius
in cognoscendis colendisque stirpibus cognitionem, atque usum
habebat, cur primus horti custos non declaratur, cur ~~[illegible]~~
Anguillara arcessitur, ut horti administrationem susciperet,
vivo et florente Bonafidio, qui ~~non~~ minoris ~~[illegible]~~ et
opportunius propter stirpes quas apud se colebat, pote-
rat conduci? Non igitur clara et manifesta haec ratio
ad id quod quaerimus, videtur. Vero propius accedit ad
paranda peregrina ligna, lapides, gummi, resinas quorum
naturam usumque Bonafidius publice explicabat, sumptum
erogatum. Nonne hic ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ anno hinc tertio [illegible] per litte-
ras monebat, optimum medicinae futurum, si officina
remediis instruerentur, ubi ligna, resina, lapides, mi-
neralia et huiusmodi haberi possint? Haec igitur qua
publica esse cupiebat, dum privatim pro re sua sufficere
non valet, senatus liberalitatem deprecabatur. Haec mul-
ta satis vel potius plura quam instituti nostri ratio posce-
ad eos dicenda existimavi, qui ad alienos sensus iudicant
inanis coniectura certa et probata rependant.
Pauca de Bonafidio enarranda restant, eaque ad summa
nae infelicitatis exemplum noscenda et comploranda.
~~ad~~ & infausta pluraque passus est, multis quidem munori-
bus, sed exiguo praemio, neque perpetuo, neque ad vitae
necessitatem satis decoratus. Nam ut eius exordium et prima
tyrocinia omittamus, de quibus nihil compertum habeo, ut
primum in Gymnasio docere coepit, florenis XX inter ultimos
professores [illegible] coactus diu miseram vitam traduxit. Dein-
de per annos VI florenis LXXV meruit, quibus IX annorum in-
tervallo florenorum XLV accessio facta, quo spatio ad novum
munus ac Dioscoridis ~~que~~ interpretationem evocatus nihil amplius
quam dispendii onus ad comparandos libros iniunctum. Quin
etiam, cum docendi tempus per senatum definitum, id elapsum
esset, schola Bonafidio interdicitur, subducta mercede, quo-
usque de eo decernerent. Propterea ad angustias red-
actus patres deprecando atque obsecrando institit, ut sibi
pristina mercede officium prorogarent. Quod in triennium
tantum obtinuit. Neque hic infortunii finis. Cum in gymnasio
docendo consenuisset, neque amplius pro assidua eius conten-
tione

Margin notes:

qui horti institu-
endi quoddam argu-
mentum senatui
dederat)

(paraturus,)

Vir pietate, religio-
ne, doctrina prae-
stans

tione ac dicturae labore mortua et debita morte quam
annua florenorum CLXXX ~~fuisset~~ esset velata, tanquam inutilis
stipes anno CIƆIƆXLIX V cal. Decemb. Moderatorum litteris
reiicitur, [ast] Promotarium omnino admittunt quamvis, eodem affectum for-
tunam suam commiserante, seq. annis defecerunt, ac viribus deser-
tum iam iam extremum spiritum trahentem in summam egestatem
Promotarium ~~[illegible]~~ relevare ad calendas Novembres concessum. ~~[illegible]~~ Hinc
~~[illegible]~~ docere, neque aes ex aerario capere desinit, deinde inglo-
rius, neglectus, extremo senio infirmus et oculis captus,
tam corporis et aetatis vitia, quam fortunae mala admirabili ~~[illegible]~~
animi fortitudine ad annum CIƆIƆLVIII quo mortuus
traditur sustinuit. Decessit annos LXXXIV agens VI cal.
Mart. elatus nulla pompa, at ~~conditus~~ in aede D. Francisci
[ast] in tertii ordinis fratrum sepulchro conditus. Adeo rei familiaris an-
gustiis pressus vixerat, ut sibi sepulchrum quod occupa-
ret, parare non posset. (ut Scardeonius scriptum reliquit)

Hunc virum Bonafidius habuit, qui quoad vixerat, de
Scientiarum utilitate et incremento semper cogi-
tavit, a quo instituto neque praemiorum parsimonia
neque domesticae rationis angustiae revocari unquam
potuit, qui primus medicinalium rerum usus facul-
tatesque in Gymnasio explanavit, qui praeclari operis
Senatui auctor extitit (ut horum ~~[illegible]~~ quo ambigi po-
test, praetermittam) quod nostra demum aetate amplius,
refectius, ac magnificentius ipsius Bonafidii nomine in ipso
Gymnasio Musaei nomine constitutum habemus. Ven-
venit itaque in hoc auctore, quod Aeneas ille Virgilianus
filio praecipiebat: (ut de se vere praedicet)

Disce, puer, virtutem ex me, verumque laborem:
Fortunam ex aliis.

Librum edidit de Pleuritide curanda adversus Curtium Me-
[illegible] editurus si dedisset fortuna, quae hac de
causa perfecta et ad operas tradenda parata Vene-
tias transmiserat. Hoc ordine a Scardeonio recensentur:

Commentarii in librum Aristotelis de stirpibus.
De nominibus ad historiam plantarum pertinentibus.
De natura utriusque mundi.
De generatione partium.
De disceptatione orta inter Antonium Fumanellum et
Bartholomaeum Cicuanum medicos Veronenses de vino incid[?]
decertantes, quorum iudex Fracastorius fuit.
Nomenclatura simplicium medicamentorum.
De ponderibus minutis et grano.
De fine ~~[illegible]~~ artis medicinalis.
De duplici ratione componendi simplices medicinas.
Expositio canonum universalium cum modo curandi spasmum.
Modus intelligendi gradus medicinarum secundum Dioscoridem.
Expositio theorematum seu canonum Avicennae.
An medicina sit scientia, vel ars
De sex rebus non naturalibus.

casio sese [illegible] causa loquuntur.

De Botanica Medicina

Alia aggressus priorem caeptam ac ignavescens quod in-
perfecta reliquit

De Gabrieli Falloppio

Pluribus quam a principio constitueram, de Francisco Bonafidio egi; quod in eo, cum Horti nostri parens et conditor dici habitus sit, tanti beneficii memoriam honorandam videbam; brevitate reliquos compensabo. Ut primum in Gymnasio Bonafidius consenuit, successoris qui in eo genere excelleret, et par Bonafidio esset, inquisitio moderatores biennio detinuit. Adeo in magna turba competitorum et interpretum, qui ea aetate ad veteres herbarios explicandos attenti falsa gloriae umbram consectabantur, difficilis et anceps selectio dabatur. Tandem inter omnes Gabriel Fallopius Mutinensis civis emicuit. Ad quem declarandum consensu est Senatusque anno CIↃIↃLI IX cal. Octobr. de eodem in Senatu honorifice decernitur, tradita Anatome, Chirurgia, et vero medicinalium explicatione annuis florenis cc. De Horto quoque facta mentio, atque eundem non neglexere veri sus videlicet ad omnia Anguillara satis non videbatur. Et Fallopium Pena et Lobelius testantur asseverantes in Horto Patavino vidisse. Quane Horto profuisse Fallopium in Horto Patavino vidisse. Nam iacantes elegantissimas a Fallopio satas. Nam inter ingenuas artes et disciplinas quibus imbutus Falloppius excelluit, stirpium cognitionem ut in prosternis non haberet, impigro labore et studio totam fere Europam peragrando curaverat. Ad omnia cognoscenda acri desiderio accendebatur, neque deerant opes, quibus aditus peregrinationes longinquas susciperet, et libros sibi comparavit. Fuerunt enim eius parentes honesto genere, Venetias inter cives recensebantur, ortos Marina ubi inter cives censebantur, atque ibi domicilio constituto, in agro commigrasse, atque ibi Patavino praedia mercatos. Ad hanc fortuna bona, Patavino praedia mercatos. Ad hanc fortuna bona, firma memoria, solers ratio, ac firma memoria, quibus paves animi contentiones ad difficilia ingenium accessit, quaque atque ardua investiganda afferre poterit, una quaque atque ardua investigando affere poterit, cum stabili valitudine confirmatus. Praeterea ridiculos habitu, et stabili valitudine confirmatus. Ad veteres libros perlegendos et investigandos, nec minus ad veteres libros perscrutandos intentus cito inter praestantissimos medicos, ac celeberrimos anatomicos principem locum sibi vindicavit. Manu quoque ad medendum peritissimus, iudicavit. Manu quoque ad singula corporis partium cum scientia coniungeret, atque ad singula corporis vitia apta remedia praeberet. quippe omnium ex quibus medicina constat, naturam facultatesque ut in primis callebat. Hac de causa Horti Patavini publice Falloppio commendatus. Neque minori fama apud Botanicos pervenit. Quibus omnibus quamvis tot publicis muneribus impeditus, et curandis aegris plane pressus, necnon susceptorum

neque grauciora de Falloppio veteres cui Horti curam per Senatum demandatam invenio:

Graeca quoque ac latina eloquentia doctus

multis locis iis de graeci quis quae ad rei corporis in natura majestate abdita erant, in humano corpore in lucem revocatis.

rum operum quae brevi intervallo in publicum emisit, quam disten-
tes satisfacere pro humanitate nunquam destitit. In commentarios
suos retulit Matthiolus (qui stirpes Botanicos sollicitare solebat
ut ad se stirpes mitterent, quibus Dioscoridem illustraret) Epi-
cam I et II a Falloppio accepisse. Falloppio quoque tanquam
optimo viro prolixam epistolam scripsit, qua adversus Guilandi-
num adversarium suum tunc Falloppii domesticum et contubernalem
de nonnullis stirpibus disceptaret, magna laude et praedicatione
Falloppium complexus. Bartholomaeus item Maranta librum cui ti-
tulum fecerat Methodi cognoscendorum simplicium, editurus, Falloppio
legendum et emendandum misit, eundemque cum in hominum ma-
nus traderet, ad Falloppium esse totum ferme referendum in-
genue affirmavit. Cum primis itaque in hac arte compara-
batur, Antonio Musa Brasavola praeceptore major. Nam
in Anatomicis Vesalium audivit, et eius dissectionibus diligen-
ter interfuit, quam propterea semper cum honore praefatus, dum
ab eodem utilitatis studio recedere cogitur. Suavem etiam
partium esse ~~existimavit~~ arbitratus, ut medicinam primo aggrederetur,
astrorum ratione intelligere, qua veteres medici peritos
videbat huic disciplinae sedulo se adiecit. Tantarum itaque
rerum cognitione et scientia ~~[illegible]~~ quibus praestantissimis
par, nemini inferior habitus, eruditus philosophia rerum se
adiecit, ut non solum philosophica intelligentia ad docendum
recte, verum etiam ad bene beateque vivendum uteretur. Quare optimis praeceptis
ad certa exempla se composuit et moderatus est, mores
ita instruxit, ut omni officiorum genere excelleret. Amicitiam
ante omnia pie sancteque coluit, cuius liberalitatis multa testi-
monia fuisse quamvis aevo suborta, ex illo licet conicere
quod in Guilandino locupletissimum habemus. Hunc enim
veteri consuetudine ac familiaritate sibi coniunxerat, ut primum
inter barbaros vinculis teneri Falloppius intellexit, statim pro
redemptione CC nummos aureos expendit. Quod dum per-
pendo, rubore suffundor, dum nostri temporis mores
intueor et specto. Eo enim ventum est, ut plerique ami-
cos ad proprium commodum, utilitatemque colant, et ad id
temporis colant quoad in rem suam fore praecipiunt. Ne-
que quicquam suis rationibus tam alienum ducunt, quam
veteres illud omnia inter amicos communia. Sedulo ne te-
nuitatem amico mutuum dent, aut librum commodent, ca-
vent crebro dictitando, libros usurari, nummos cre-
dere inhumanum, nec praeter in foenus continuo dare, vel
iisdem agrum emere, quo ceteris hominibus succurrant.
Tunc summa humanitate et munificentia cum amicis agere
putant, cum in hominum conventu, vel apud proceres, sic oc-
casio sese illis obtulerit, de iisdem honoris causa loquuntur.

eo consilio)

Quod tamen perraro, neque inconsulto aut temere fieri
solet, prospiciunt enim diligenter quae cognoscunt amicitiae
nomen intercessisse non solum in praesens tempus, verum
etiam post annos mille aut sibi, aut famae, aut rei familiaris
quadranti unquam esse quam minime obfuturum. Ab isto vero
instituto longe Falloppius se accepit, qui non modo grande
auri pondus ad sublevandum amicum depromptis, verum
etiam ultro sibi oblatam laudem quam multi avide aucu-
pando alienos labores praeripiunt, contempsit, et repressit.
Etenim civitatis sic diligens fuit, ut cum ossiculi quod in
aure abditur stapedis nomine, inventorem vulgo praedicare-
tur, fruiq. concepta de se opinione posset, volumine edi-
to quod observationes Anatomicas nuncupavit, verum
auctorem, qui latebat, in lucem revocaverit. Maluit itaque
praedicatione carere quam falso praedicari aliena sibi vindican-
do. Sed iam modum, ut consilii a me non servatur: adeo in
uberi messe magnum manipulum colligere facile. Reliqua
quam brevissime potero, exequar. Percrebescente in dies
omnium sermone Falloppii fama, in Pisanam Academiam anno
CIƆIƆXLVIII ad Anatomen administrandam evocatur. Ibi ita
se gessit quousque a Senatu Veneto Patavium accersitus est
ut Columbo celeberrimi in secandis cadaveribus experientissimi cui successerat, neque doctrina, neque eloquio, neque exercitatione
ab aliquo desideraretur. Ut Patavium venit, omnium oculos
in se conversos cernens, quod iam ante eius nomen in hominum
congressione celebratum erat, et tunc quisque magna ad-
miratione rapiebatur, postquam ad illa munera am-
plissima designatum intellexerant, rumor in eo fuit, ut tanto
consensu de se opinionem animis insidentem constanter
retineret. Neque secus atque omnes tanti viri cecinit exitus.
Floruit itaque Patavii perpetua gloria et felicitate nobi-
litatis apud omnes et probatus. Obiit anno CIƆIƆLXIII, na-
tus anno CIƆCCCCXC postquam annos LXXIII vixisset. Ela-
tus honesta funeris pompa ad D. Antonii templum, et iuxta
sepultus in monumento quod eius arte comparaverat
propinqui et perpetua illi sedes videbatur futura
familiares doloris testimonium hoc sepulchro incidenda cu-
rarunt:

> Falloppi, hic tumulo solus non conderis: una
> est praeceptorum nostra sepulta domus.

Nunc Falloppii manibus parentaturus inani cura eius sepul-
chrum perquisiveris: nusquam ullum sepulturae vestigium extat, nus-
quam ullum monumenti superest signum, quod non aetas absumpsit,
non barbarorum immanitas demolita est, non tyrannorum
saevitia evertit. Fama tenet, ut apud Senam sinit proditum
memoria videmus, sublatum fuisse sepulchrum, lapidibus
monumenti vel arte disiunctis, vel in alium usum traductis,
ossaque summi viri in ligneam capsam proiecta diu inhono-
ra et neglecta iacuisse cadaveribus sepulchris superimposita

cum Ferrariae pu-
blice doceret

Vecchi

22 expectatio
inito honore ex bene
causa nulla interveniente
convocatione

nusquam memoria
ulla

ut ibi iam quie-
visceret

interquiavisse[?]

18

ac longo deinde intervallo in Civitatem remeavit, respicia[?]-
tisque[?] quod omnes gentes quamvis fera atque inhos-
pitales colunt, quod antiquorum populorum religio sacrum
et inviolatum duxit, quod Pontificum decreta, reges, principes
severis legibus ab omni injuria vindicant, quod denique cui-
usque humanitas, pietas, caritas lacrymis, precibus, paren-
tationibus decorant, id Falloppii cinis sua pecunia emptum
usucaptione sibi confirmatum, nostris viribus majestatis et
venerationis plenum, divinis caeremoniis sacrosanctum in
augustissimo civitatis sacrario diu obtinere non potuit.
Quae dum [illegible], et ad nostra tempora intueor,
magis exhorresco: pene enim quotidianum est, vetera
monumenta evertere, mortuorumque cineres in viam
projicere, et locum novo domino, accepta pecunia,
tradere. Nullum intactum remanet, inviolatumque, nisi
quod emptorem nondum invenit, aut quod haeredes assi-
dua cura tuentur.

Sed ne censorium munus sero agere videar, ad
propositum revertar. Falloppii auditores multi numeran-
tur, eorum fama celebriores fuerunt: Antonius Bonzanellus
Medicus et Anatomicus qui Pisis Falloppio suffectus est. Ru-
bertus Pinchius Lavinaria[?] et Polonia Reginae Medicus. Andreas
Marcolinus Fanestris, Medicus item qui Falloppii opus de pur-
gantibus medicamentis simplicibus edendum curavit. Hiero-
nymus Fabricius ab Aquapendente omnium praestantissimus,
qui ~~[illegible]~~ Patavii magna cum gloria Anatomen
docuit; quibus [tanti vocant[?]] Rebertum Hodoneum inter Botanicos clarum
adiiciam; hujus enim manu de summo tecto scholae in qua
nunc Musaeum custoditur, eo aevo, theatro e ligno quotannis
constructo, humana cadavera publice secabantur, atava-
tus versiculus conditur, quo vernacula nostra consuetu-
dine Falloppii laudes perstringere conatur:

ordine quamvis in-teriores, qui

Hodoneo W. Fiulino Falopio. Laode inasca.

Falloppii libri de quibus accepi, aut quos ipsemet vidi,
sunt:

- De Morbo Gallico.
- Institutiones Anatomicae.
- ~~Liber~~ de ulceribus et eorum speciebus.
- Tractatus de compositione medicamentorum, ~~aut~~
- tractatus ~~[illegible]~~ de cauteriis.
- ~~Explicationes~~ De partibus similaribus humani corporis, ~~[illegible]~~
- Observationes de venis.
- ~~[illegible]~~

- Expositio in librum Galeni de ossibus.
- Observationes Anatomicae.
- De luxatis et fractis ossibus.
- ~~[illegible]~~
- De humani corporis anatomia compendium.
- De simplicibus medicamentis purgantibus.
- Expositiones in librum Galeni de venis.
- De Bubone pestilenti.
- ~~[illegible]~~

~~De Ambra.~~
- De decoratione.

De parte medicinae quae Chirurgia appellatur.
- ~~Tractatus de medicamentis aquis et fossilibus et metallis.~~
- De materia medicinali in librum primum Dioscoridis.
- De thermalibus aquis

De metallicis atque fossilibus.
- Epistola ad Mercurialem de Asparagis
- De tumoribus praeter naturam.

Quaestio de principio venarum

~~De [illegible].~~
- De caloribus.
- Methodus consultandi.
- De medicamentis simplicibus.
- Epistola ad Bartholomaeum Marantam.
- De ulceribus singularum partium.
- De vulneribus in genere.
- De vulneribus capitis, oculorum, nasi, colli, [illegible] thoracis, medullae spinalis, abdominis, nervorum, sclopetorum etc.
- Commentarii in Hippocratis [illegible] de vulneribus capitis

De Bernardino Treuisano

Prosp. Alpinus

Acacia secunda Exot. 11. Haec arbuscula ex Cytisi genere diu in Horto Patavino cuiquit ab Alpino sata, incunte vero hoc seculo cum amissa desideraretur, ex Horto Nanio a nobis reperta adhuc servatur. A radice in plures ramos spargitur, viridi sed pallido cortice vestita, ac supra hominis proceritatem attollitur. Folia parva Lentis folio minora, ternaque singulis petiolis annexa, utraque parte viridia, quamvis inferne pallidiora. Rami per quos folia digesta perpetuo virent in aculeum extremitate luteolum finiuntur.

Liber inter Cytisos sic refert: Cytisus arborescens, sempervirens, ramis in aculeum abeuntibus.

Anchusa arborea Exot. 69. Buglossum Samium frutescens, foliis Rorismarini obscure virentibus, lucidis, et hirsutis Tournef. Inst. R. Herb. Coroll. 6.

Argentea Exot. 117. Jacea Cretica, laciniata, argentea, flore purpureo, flaccescente Tournef. Coroll. 32

Ascyroides Exot. 173. Hypericum Creticum, angustissimo folio nitido Tournef. Coroll. 16.

Acer Creticum Exot. 9. Acer Aspitamnos Bellon. Observ. lib. 1. cap. 17.

Arundo graminea, aculeata Exot. 105 Arundo angustif. folia, repens, aculeata Tournef. Coroll. 39.

Anchusa humilis Exot. 139. Cuius sit generis non manifestum. Ad Leguminum flores spectat.

Anthyllis Exot. 157. Alsine maritima supina, villosa, foliis lanceolatis Tournef. Inst. R. Herb. Append. 665.

Avenam montanam Exot. 335.

B

Bammia Moschata sive Mosch Aegyptiorum Exot. 197. Bamia Aegyptia Montalb. Ind. 16. Ketmia Aegyptiaca, semine moschato Tournef. Inst. R. Herb. 100.

Bellis spinosa Exot. 327 Montalb. Ind. 16. Ageratoides spinosa Hisser. VIII. 163.

Borago echioides Exot. 209. Borago perpetua Montalb. Ind. 19 Buglossum latifolium, sempervirens C. B. Pin. 256.

Buphthalmum peregrinum Exot. 321. Cuius generis dicendum, non plane constat. Ad Ranunculum foeniculaceis foliis accedere videtur.

C

Campanula pyramidalis, minor Excot. 340.
Carduus Eryngioides, capite spinoso Excot. 159.
Carduus minimus Excot. 255. Vid. Vesling.
Caucalis Lusitanica Excot. 309. Tordylii genere tenerum.
Clinopodium Creticum Excot. 265. Calamintha Cretica, angusto oblongo folio Tournef. Inst. R. Herb. 194.
Colocasia macrorrhizos, minor Excot. 231. Arum Ægyptiacum, macrorrhizon minus, foliis acutioribus.
Colocasia strongylorrhizos Excot. 237. Arum Ægyptiacum florigerum et fructum ferens, radice magna, orbiculata Pluk. Alm. Bot. 51. Quod anno CIƆIƆCXII mense Quintili in Horto florem explicavit.
Colutea scorpioides odorata Excot. 17. Coronilla argentea, Cretica Tournef. Inst. R. Herb. 650.
Convolvulus Arabicus Excot. 165. Convolvulus quinquefolius, sive foliis laciniatis C.B. Prodr. 154, quem a Coruso titulo Convolvuli Ægyptiaci Bauhinus accepit, cum etiam Alpinus semen ex Ægypto sibi delatum affirmet. Convolvulus multifidus, glaber Tournef. Inst. R. Herb. 84.
Cyanus arborescens, altera, Styracis folio Excot. 39. Jacea arborescens, Styracis folio Tournef. Inst. R. Herb. 449.
Cyanus tomentosus Excot. 161. Jacea tomentosa, foliis undulatis Tournef. Inst. R. Herb. 445.
Cyanus spinosus Excot. 163. Jacea Cretica, aculeata, incana Tournef. Inst. R. Herb. 445. Stoebe spinosa, maritima C.B. Pin. 273.

Margin notes: Caryophyllus sylvestris, arboreus Excot. 39. Caryophyllus arborescens Creticus C.B. Pin. 2[illegible] — [illegible] Excot. 41. Jacea Cretica, frutescens, Elichrysi folio, flore magno purpurascente Tournef. Coroll. 32. — Chamaecistus Excot. 93. Ex curiosissima atque mysteria hitrorum quidquis statuere valet. — Cnicus singularis Excot. 176. [illegible] quae natura [illegible] varium. — Cyanus arborescens, longifolia Excot. 31. Jacea frutescens, Plantaginis folio, flore albo Tournef. Coroll. 32.

D

Datura Contarena Excot. 182. In Horto Nicolai Contareni Senatoris Veneti, disciplinis omnibus, ac praecipue stirpium Scientia ornatissimi nomen decusque invenit. Stramonium fructu spinoso, rotundo, flore violaceo duplici triplicique H. L. Bat.
Daucus stellatus Excot. 155. Ad Echinophoram pertinere Joannes Rajus opinatur.

Margin note: Dorycnium Excot. 74. Convolvulus argenteus, angustifolius, umbellatus, partim erectus partim supinus Tournef. Coroll. 1.

E

Ebenus Cretica Excot. 279. Ebenus Cretica Belli, sive ἐρυσιντοξιλον Montalb. Ind. 34. Barbajovis Lagopoides, Cretica, frutescens, incana flore spicato, purpureo, amplo Breyn Prodr. 2.
Echinopoda Excot. 15. Genista-spartium spinosum, alterum, aphyllon tribus aculeis semper junctis, floribus luteis C.B. Pin. 394. Tournef. Coroll. 44.
Echium Creticum Excot. 130. Opinabatur Tournefortius esse id quod Coroll. 6 appellavit [illegible] Symphytum Creticum, Echii folio angustiore, longissimis cultis horrido, flore croceo. Pro certo tamen hoc non constituit.
Echium nigrum, flore eleganti Excot. 311. Echium Creticum, nigrum Pauk.

Margin note: Ebenus, [illegible] Tragacantha altera Excot. 57. Limonium Creticum, Sinapis folio Tournef. Coroll. 25.

Equisetum montanum Creticum Excot. 141. Ephedra Cretica, tenuioribus et rarioribus flagellis Tournef. Coroll. 53

Eryngium trifolium Excot. 153. Num: Eryngium Orientale, foliis trifoliis Tournef. Coroll. 23.

G

Gallium montanum, Creticum Excot. 167. Aparine Graeca, saxatilis, incana, tenuifolia Tournef. Coroll. 4.

Gallium montanum, alterum Excot. 294. Cruciata Cretica, fruticosa, flore albo Tournef. Coroll. 4.

Glaux Excot. 336. Glaux Anguillara quo nomine et Alpinus donabat. Lotus pentaphyllos, incanus C.B. Pin. 332

H

Hedysarum argenteum Excot. 315. Coronilla Cretica, herbacea, flore magno candido Tournef. Coroll. 44.

Hypomarathrum sphaerocephalum Excot. 199. Foeniculum altissimum, sphaerocephalon Tournef. Inst. R. Herb. 311

Holostium Excot. 151. Holostium Creticum Veslinga apud Tomasinum de Gymn. Patav. 92. Ad Psyllium pertinere crediderim.

Horminum Creticum Excot. 113. Horminum coma purpuro-violacea J.B. III. 309.

Hyoscyamus aureus Excot. 99. Hyoscyamus Creticus, luteus, minor C.B. Pin. 169.

Hyoscyamus Virginianus Excot. 325 Onagra latifolia Tournef. Inst. R. Herb. 302, quae Lisymachiae Virginianae nomine et flore Paravicino anno CIƆIƆCXIX C. Bauhinus acceperat.

Hyssopus Graecorum Excot. 257. Clinopodium Creticum, fruticosum, foliis lanceolatis Tournef. Coroll. 12.

I

Jacea Hispanica Excot. 313. Cyanus Hispanicus, flore diluto caeruleo Tournef. Inst. R. Herb. 446.

L

* Laserpitium Excot. 211. Imperatoria quod Laserpitium Prosperi Alpini Boerhaave. Ind. Alt. 53.

Laurus sylvestris, Cretica Excot. 1. Floris forma posthabita, et fructus natura minus clare exposita caetera in incerto relinquuntur; ideo Tournefortius eam Thymelaeam esse crederet, idipsum statuere supersedit.

Leontopodium Excot. 115. Plantago Cretica, minima, tomentosa, caule adunco Tournef. Coroll. 5

Leucoium spinosum, cruciatum Excot. 37. Leucoium Creticum, spinosum incanum, luteum C. B. Pin. 201. Leucoium spinosum, Creticum Clus. Hist. 299. Verbascum Creticum, spinosum, frutescens Tournef. Coroll. 8.

Leucoium coeruleum, marinum Excot. 121. Leucoium Creticum, parvum, flore coeruleo Vesling. Vid.

Leucoium luteum, articulato semine Excot. 119. Alyssoides fruticosum Creticum, Leucoii folio incano Tournef. Coroll. 15

Ligustrum nigrum Excot. 179. Ligustrum orientale, flore coeruleo Vesling. Ligustrum coeruleum Montalb. Ind. 54. Lilac foliis Laciniatis Tournef. Inst. R. Herb. 602. Hieronymi Capelli senatoris Veneti beneficio Bisantio Patavium missam habemus.

Linaria serpyllifolia Excot. 207. Videtur Linaria purpurea magna C. B. III. 460

*Ladanum Creticum Excot. 69. Cistus ladanifera, Cretica, flore purpureo Tournef. Coroll. 19.

M

Marrubium nigrum Creticum Excot. 141. Sitne Marrubium, an Melissa, Lamiumve, vel quid aliud sine floris fructusque figura constitui non potest.

Marrubium Hispanicum Excot. 317. Dum minus clare describitur, in ~~eius~~ huius perquisitione nostra industria frustra contendit.

Marum Creticum Excot. 269. Majorana Cretica, Origani folio villosa, Satureiae odore, flore purpurascente Tournef. Coroll. 13

Marum Aegyptium Excot. 253. Ita hac ire herba quid conjiciam, non invenio.

Melanthium odoratum Excot. 165. Nigella Cretica, odorata, foliis Lini, seminibus biformibus Park. Rai. 1345

Melilotus quaedam, Cretica Excot. 273. Lotus ὀλιγοκέρατος, fruticosa, Cretica, argentea, siliquis longissimis propendentibus rectis Moris. Hist. Oxon. Part. II. 175.

oo Meum Excot. 329. Meum foliis Anethi C. B. Pin. 146. Meum Alexiterium Excot. 329. Seseli Iraga montana, minor, Alexiteria Moris. Hist. Oxon. Part. III. 273. oo

N

Nardus montana, Cretica Excot. 133. Nardo tuberoso di Candia Pon. Bald. Ital. 125. Discrimen inter radices intercedit, qua parte Valeriana ab Imperato proposita, appellataque: Valeriana[33] tuberosa d'odore eccellente, differt quoque. Sed cetera conveniunt.

[33] ...cent. Quoniam itaque non constat diligentem ab omnibus effossam radicem, cum ibi avulsa summa tuber tantum educat, in plures Valerianas secernere opportunum haud censetur.

Nigella alba, simplici flore Excot. 261. Nigella Cretica, latifolia, odorata Park. Theatr. 1376.

O

Oenanthe stellata, Cretica Excot. 305.

P

Phyllitis ramosa Excot. 67. Lingua cervina, Cretica, ramosa, angustifolia Tournef. Coroll. 40

Policum gnaphaloides Excot. 147. Cum semina pappos gerant, ad flores conglobatos, et forsasse ad Filaginem pertinere opinor.

Poterium Excot. 47. Quod ad Tragacantha referetur.

Poterium alterum, densius ramificatum Excot. 51. Tragacantha altera seu Poterium densius ramificatum Alpini Rai. Cat. Stirp. Cret. 44. Ambigit Tournefortius Coroll. 29 an sit Tragacantha Cretica, incana, flore parvo, lineis purpureis striato.

Pseudocistus Ledon Excot. 95

Pseudocistus Ledum alteri Cretic. 97. Utraque stirps in tam magna et clara Botanices Historia, quoniam nimis exiliter commemoratur, inhonora atque obscura iacet.

Q

Quinquefolium siliquosum Cretic. 323. Sinapistrum flore carneo, minus, non spinosum H. L. Bat.

Indicum, pentaphyllum

R

Ranunculus Creticus, Echinatus, latifolius Cretic. 263. Ranunculus stellatus, echinatus, Creticus C. B. Pin. 180

Rapunculus petraeus Cretic. 343.

Rapunculus petraeus, foliis angustioribus in acutum dentibus spica oblonga Cretic. 343. Utraque notitiae aliis scriptoribus sit, an contra, non facile possit definiri.

Rhaponticum Cretic. 1686. Rhabarbarum flore Dioscoridis et antiquorum Tournef. Inst. R. Herb. 89. Eximiam stirpem Francisco Crasso Bridlaurico qui ex Thracia monte Rhodope deferendam curavit debemus.

Rosmarinum Stoechadis facie Cretic. 103. Teucrium frutescens, foliis Rosmarini obscure virentibus, lucidis, et hirsutis Tournef. Coroll. 6.

Rubea arborescens Cretic. 111. Rubia Saxis, arborescens, Cretica Park. Rai. Cat. Stirp. Cret. 42. Rubia Cretica, frutescens, tenuifolia Tournef. Coroll. 4.

Rubea argentea, Cretica Cretic. 267. Rubia cruciata, argentea Rai. Cat. Stirp. Cret. 42. Cruciata habenda

S

Santolina flore amplo Cretic. 149 Chrysocome, qua Cretica misso ex Italia Stoechadis Creticae appellatione Clus. Hist. 327. Elichrysum Creticum C. B. Pin. 264 a quo plurimum differt Stoechas citrina, globosa et amplo flore Cretica Bar. Icon. 1614.

semine

Saxifraga Cretic. 145.

Saxifraga altera Cretic. 291. Neutram apud auctores illustratam reperio, cum haec Rubeola censeri possit.

Scabiosa arborea Cretic. 39. Scabiosa Cretica, frutescens, Auriculae ursi folio Tournef. Coroll. 34.

x Scabiosa Centauroides Cretic. 205. Scabiosa Alpina, foliis Centaurii majoris C. B. Pin. 270.

Scamonea macrorhiza Cretic. 61. Periploca Orientalis, foliis longioribus et acutioribus Tournef. Coroll. 2

Scordotis Cretic. 264. Cataria Cretica, humilis, scordioides Tournef. Coroll. 13.

Scorzonera Illyrica Cretic. 277.

Securidica vera Cretic. 315 Securidica Pelecinus Gesneri. Hedysarum legitimum Clusii Montalb. Ind. 62. Securidica lutea, major C. B. Pin. 346.

Sideritis sambucifolio Cretic. 203. Scrophularia Hispanica, Sambuci folio Tournef. Inst. R. Herb. 311.

Sinapi marinum, Aegyptium Cretic. 251. Inter naturae arcana latet.

Sisum Cretic. 319. Sison odoratum Parkinsonii Rai. Hist. 461 qui anceps erat, an habenda Saxifraga Matthioli et umbellifera Jo. Bauhini idem (?) Tarantopolim haud dissimilem stirpem invenisse refert Catal. Stirp. Cret. 239.

tenuifolia

Sisum minimum Cretic. 331. Cardamine annua, exiguo flore Tournef. Inst. R. Herb. 224

Solanum somniferum antiquorum Creticum Excot. 74. Solanum verticillatum J. B. III. 610. Alkekengi fructu parvo, verticillato Tournef. Inst. R. Herb. 151.

Spartium Creticum Excot. 25. Cytisus videtur

Spartium spinosum Excot. 27. foliis et siliqua parva ad Barbam Iovis accedit. Hoc tamen pro certo constituere insipientis est, verum ipso Tournefortio qui in Creta insula in hoc diligentius incubuit, haud praesentiente.

Spartium spinosum, alterum Excot. 29. cuius natura et genus quoque parva in describendo, eademque necessaria omittuntur, eo obscuriora. Ad Genista-spartium nihilominus spectare crediderim.

Spirea trifolia Excot. 169. Chelidonus Cretica, humillima, humifusa, flore albo, magno Tournef. Coroll. 26

Stoebe Plantaginis folio Excot. 267. Cyananche flore luteo, latiore folio Tournef. Inst. R. Herb. 476.

Stratiotes millefolia, Cretica Excot. 64. Millefolium Creticum J. B. III. 139. Ptarmica Cretica, frutescens, Santolina facie Tournef. Inst. R. Herb. 497

T

Thlaspi clypeatum, arborescens, Creticum Excot. 107.

* Thymus Creticus, sive Garidavo-thymus Excot. 67. Stachys spinosa Cretica C. B. Pin. 236. Tournef. Inst. R. Coroll. 11.

Thymbra Excot. 61. Satureia Cretica, tenuifolia Moris Hist. Oxon. Part. III. 412.

* Tithymalus arboreus Excot. 63.

Tithymalus cyparissius Excot. 65.

Tithymalus spinosus, Creticus Excot. 303.

Tragacantha album Escot. 55. Tragacantha Cretensis, aut Belc-
a nigra, tota echinata Moris. Tournef. Coroll. 222
Hanc ambigebamus esse Tragacantha Cretica, foliis minimis
incanis, flore majore, albo.

Tragoriganum Creticum, minus, tenuius Escot. 79. Boerhaau.
Ind. Alt. 161. Satureia Cretica, folio rigido, breui, crasso

Tragoriganum Creticum, folio et ramo majore, crassioribusque
foliis asperioribus Escot. 79. Satureia Cretica, folio rigido
crassiore, majore Boerhaau. Ind. Alt. 161. Utraque stirps ad
Sideritidem referenda uidetur.

Trifolium corniculatum, Creticum Escot. 269. Lotus pentaphyllos
siliqua cornuta C.B. Pin. 332.

Trifolium falcatum Escot. 257. Medicago Vulneraria facie, Cre-
tica Tournef. Inst. R. Herb. 412.

Trifolium uesicarium Escot. 275. Vulneraria uidetur.

Trifolium clipeatum, argenteum Escot. 307. Melilotus Creti-
ca, fruticosa maxima Tournef. Inst. R. Herb. 407.

V.

Verbascum syluestre, Creticum Escot. 123. Blattaria perennis, Cretica,
incana, foliis binis coniungatim positis, uno majore extremum
claudente Moris. Hist. Oxon. Part. II. 3[illegible]0.

2 Vesicaria maxima, Cretica Escot. 136. Opinamur esse Lychnidem
Creticam, maximam, Sedi arborescentis folio et facie Tournef.
Coroll. 23; semen enim hoc nomine e Gallia delatum, et
terra commissum Viscariam Alpini nobis explicauit.

2 Verbascum saluifolium Escot. 109. Phlomis Cretica, fruticosa, folio
subrotundo, flore luteo Tournef. Coroll. 10.

Verbascum syluestre, sive saluifolium Escot. 109. Phlomis
fruticosa, Saluiae folio latiore et rotundiore Tournef. Inst.
R. Herb. 177.

De Horti Patavini Praefectis, et primum de Aloysio Anguillara

Superiori Historia cum declaratum, ostensumque sit Franciscum Bonafidium simplicibus demonstrandis, colendisque nullo modo in Horto publico vacare potuisse, cum ab prima institutione Aloysio Anguillarae id munus demandatum fuerit, sequitur ut de Aloysio Mundella Brixiensi, cui secundus locus reservatur, inquiramus. Equidem dn. Tomasinus id pro indubitato constituit, non coniectando sed vera posteris tradendo, quem ~~[illegible]~~ alii scriptores sequuntur, ~~indefidelibus~~ monumentis id constituisse videtur. Sed quibus? Nulla litterae Moderatorum de Mundella extant, nullum decretum, senatusconsultum nullum. Praeterea tempora repugnant. Anno altero ab horto condito custos ac praefectus Anguillara declaratur, cui anno annectitur Guilandinus, et Guilandino Jacobo Antonio Cortuso, quem sequitur Prosper Alpinus. Quo tempore igitur Horto praefuit Mundella? Ante Anguillam credo, quem tradere volunt? Sed ante Anguillam nulla erat Horti publici forma, nulla sedes, cura nulla, stipendium nullum; ideo neque custos, neque praefectus. Quapropter supervacaneum est de eo inquirere quod nulla ratione fieri potuit. Quos itaque auctores sequuntur isti, quae monumenta, quas litteras, qui in re tam clara et manifesta turpiter mentiuntur? Profecto Mundella

Aloysius itaque Anguillara primus Horti Patavini custos et praefectus qua patria natus sit, quo genere quibus parentibus, et quo tempore, pro certo affirmare non possumus. Conradus Gesnerus qui eo tempore floruit, atque Anguillaram ob propter summa stir-

prium cognitionem, tum etiam ut Matthioli adversarium ~~sibi~~ coniunctum haberet, sibi amicum et familiarem paraverat, Romanum appellat. Idque, ut puto, ab Joanne Kentmanno acceperat, cui, referente eodem Gesnero commentario de Lunariis, et de Thoro, utramque hanc stirpem ex horto Patavino secum tradiderat Anguillara. Quare Kentmannus praesens intuitus est Anguillaram, et cum eodem familiaritatem iniit, et hinc quid de eius patria intelligere potuit, cum Gesnerus literarum consuetudine tantum notam Anguillaram habebat. Sed cum Romani nomen tam late pateat, adhuc singillatim de Anguillarae natali solo inquirendum restat; quoniam et Romae exorti, et in aliis urbibus et oppidis quae Romanae ditioni parent, nati, vocantur Romani, Germanis hominibus quos auctores tantum habemus, cives Romanos ab aliis circumpositis civibus praesertim si ex loquendi modo Romanum esse Anguillaram censebat Kentmannus ~~[illegible]~~ non facile separantibus. Joannes Baptista a Valle familiaris meus in scriptis, et Botanicorum scriptorum historia peritus [illegible] conjectura [illegible] asserebat se ex scripto quodam oppidum ad lacum Braccianum [illegible] lapide ab urbe Roma remotum, Anguillaram cognominari: auctorem esse Crescimbenium libro qui Istoria della Poesia Italiana inscribitur, Andream Anguillaram patrem Sutrii natum esse ~~[illegible]~~ qui eo tempore (quo hic degebat) Patavii Oedipum Tragoediam edidit curante fortasse id opus Aloysio vel Andreae fratre, vel sanguine proximo. Ad hoc ut firmius hanc opinionem amplecterer, curavi libri manu exarati carminum quae ut titulus indicat Vespasianus Anguillaras collegerat, referrum, ostendit in quo ~~inter quae~~ de quodam Joanne Andrea Anguillara hac sepulchralis inscriptio lapicida extat:

Anguillara ~~Horti~~ Custos anno 1556

Costui che giace vedi qui riverso,
fù Gobbo, fù da Scacchi, fù [illegible]
ed ebbe un nome tanto traditore
ch' io nol vo' dir per non guastar il verso.

Qui giaccio, e non son più quel che fui pria.
Non cercar del mio nome, o tu che leggi
Vattene con il ben che Dio ti dia.

His itaque adductus opportunum esse existimavi, Anguillarae patriam Sutrii perscrutari. Quare dedi operam, ut veterum monumenta, quae illic publice custodiebantur, summa diligentia perlustrarentur. Quibus inspectis, loci pontifice iubente, nullibi Anguillarae mentionem, nullibi nomen, nullibi vestigium inventum nunciatum est. Quapropter amici nostri conjectura corruit quamvis auctoritate firmiter inniti videretur. Hoc itaque tentato, cum alia certior investigandi via nulla pateret, neque etiam id tanti esse ducerem, ut diutius tempus tererem, praesertim quoniam non de Romanis patria sed de Anguillarae quaerebatur, amplius in re obscura conniti supersedi. Quod constat, Italus Anguillara fuit Bononiaeque degens Luca Ghini qui medicamentorum usus publice interpretabatur,

B.B.B.

auditor accessit, ac stirpium historia ab eodem in-formatus quo melius in hanc disciplinam proficeret et quae ab antiquis acceperat, praesens cognosce-ret, longinquas peregrinationes instituere decre-vit. Itaque nonnullas Italiae provincias asperrimosque montes peragravit, Histriam, atque Illyricum adiit, ac demum in Peloponnesum navigavit, ut ipse litteris memoriaeque prodidit. Post varios casus errores que Bononiam revertitur atque in ea urbe domicilium constituit. Ea de causa viri hanc enim anno 1546 XV cal. Sept. de eodem ad Senatum referentes, ac stipendio florenorum LXXX constituto, Paracium accitum horto nuper instituto ipsum praefecere. Dolendum hoc se-natusconsultum ita vacillasse, ut verba nusquam deprompere liceat, ex eo quae patria eius Anguillara, illucescerit. Quae posui, ex Bibliotheca quam Collectariam vocant, ubi rationes quae ad publicum patrimonium per-tinent, conficiuntur, deprompsi. Hinc etiam cognoscitur, vel familiaris bona animi nobilitate non fuisse in Anguillara patria, sed itineris semper Bononiam usque a Tirenciis transmittebantur. Quod etiam ostendunt moderatoris litterae Aloysio Honato Paracino urbis Praefecto III. id. sept. anno 1547 datae, cum Nicolaus Theopolus doctor, Hieronymus Polanus doctor item, ac Laurentius Priolus eques Gymnasii curam gerebant, monentes praefectum quem primum Anguil-lara quia egestate laborabat, florenos XL erogari. Iisdem litteris Petrum Nocalem medicum laudibus prose-quuntur, quod sedula industria horto omnia studia diligentiam, ac laborem conferebat. Profecto Nocalis iste Professor habetur qui anno 1524 medicinam in in-fimis subselliis extra ordinem docebat, cui Franciscus Bonafidius, ut novimus, successor datus. Hoc eodem anno, restaurata domo, quae secuto tempore in ampliorem formam redacta praefectis sedes semper fuit, quibus extra hortum degere non licet, quo assidua domini praesentia cultura melius procederet ut de universa agri cultu-ra praecepit Cato. Edictum quoque a Praefecto Honato fit, iubentibus triumviris, ut Nobis quisquis sit et sordes ad hortum conductarentur, quo felicius, facto solo, stir-pes adolescerent. Quod institueret cito desiit, ac eius-dem horti ... curiosum ... quo die colliquari oporteret ha nobis reliquit. Adeo principiis omnia actius incoantur quam perficiuntur. Auctum est anno 1551 V cal. Mart. An-guillarae stipendium annuis flor. XX, quos nullo habito Senatusconsulto Gymnasii moderatores concessere. 47 Annis forme X hac mercede horti curam gessit Anguilla-ra, deinde meliora animo aucupans mense sextili Ferrariam secessit, Paracii annis XV moratus. Ferrariae ve familiari composita, praestantis scientiae opinionem, vel libe-ralia doctrina honestam famam cito apud omnes est consecutus. Itaque Loncio et Canario ea in civitate inter

stirpium peritia circumundique cla-rus. / 22 fama crevit Tirenciis litterarii

Anguillara in Horto habitare coepit,

medicos primas obtinentibus ~~coma~~ collega publice attribueretur, ut remedia quae in officinis parantur cognoscerent.

Joachimus Camerarius discipulus Anguillara Cam. Hort. 15.

Stirpes nonnullæ recensentur quæ Aloysio Anguillara Præfecto In Horto Patavino colebantur eademque clarius exponuntur a Julio Pontedera

A

Acano di Candia Anguill. Par. VIII. 148. Carduus latifolius echinos obsoletos purpureos ferens C. B. Pin. 380.

Anthemo di Plinio, Sassifragia Anguill. Par. XIII. 218. quæ a Rubeola vulgari quadrifolia, laevi, floribus purpurascentibus Tournefortii quæ apud Illyricos haud infrequens reperitur, non multo differre videtur.

Chrysanthemo Anguill. Par. XIV. 265. Chrysanthemum Matthioli Chalcitis Tabern. Icon. 125.

C

Colocasia Anguill. Par. VII. 127. J. B. II. 790. Arum maximum Ægyptiacum quod vulgo Colocasia C. B. Pin. 193.

Cimino salvatico Anguill. Par. VII. 129. Nos: Cuminum Melitense Cimonagero dulce dictum C. B. Pin. 146.

Cipero di Teofrasto Anguill. Par. I. 21. Cyperus odoratus, radice longa, sive Cyperus officinarum C. B. Pin. 14

Cipero di Dioscoride Anguill. Par. I. 21. Cyperus rotundus vulgaris C. B. Pin. 13.

Citiso vero Anguill. Par. IV. 64. Genista afrina Cytisus angustifolius Gesneri. Trifolium fruticans Guilandini C. B. apud J. Bauhinum. Cytisus glaber siliqua angusta J. B. I. P. II. 373.

E

Ethiopide Anguill. Par. XIV. 281. Æthiopis foliis sinuosis C. B. Pin. 241. (quæ apud Illyricos, ut etiam memorat Anguillara non infrequens habetur) Sclarea vulgaris lanuginosa, amplissimo folio Tournef. I. R. H. 179.

G

Gramigna arundinacea Anguill. Par. XIV. 256. Gramen paniculatum latifolium radice repente crassiori Tournef. I. R. H. 521.

H

Helichriso di Crateva Anguill. Par. XII. Tradit Anguillara apud Illyricos gigni Bulbum, cuius flos Croco similis aureo colore renidet, eundemque sibi videri Helychrysum Crateva; hinc suspicor hanc stirpem esse Colchicum luteum majus, quod hac ætate Lilio-narcissus luteus autumnalis maior vocatur, siquidem in Illyrico autumnali tempore frequens occurrit. Id quis de Colchico luteo verno affirmare poterit, si in iisdem ra-

gionibus de quibus refert Anguillara, stirpem nascentem animadvertit.

Heliotropio minore Anguill. Par. XIV. 303. Ricinoides ex qua paratur Tournesol Gallorum Tournef. I. R. H. 565.

Herba bella donna. Fava inversa. Solatro maggiore, Mandragora di Theofrasto Anguill. Par. V. 90. Bella-donna majoribus foliis & floribus Tournef. I. R. H. 77.

Hormino Anguill. Par. XIII. 234. Horminum coma purpureo violacea J. B. III. 309.

~~Hesticum~~

L

Loto selvatico Anguill. Par. XIV. 283. Melilotus major, odorata violacea Mor. Hist. Oxon. II. 161.

Lunaria, quam aliqui Graecam cognominant Gesner de Lunar. 50 Lunaria major siliqua rotundiore J. B. II. 881.

M

Mirrhide Anguill. Par. XIV. 284. Gigni in Graecia & apud Illyricos stirpem ait, eandemque sibi Myrrhidem videri foliis & caule cicutae similibus, caule autem villoso, umbella lutea instar Anethi, semine cumino compari, radice Napi modo tumente odorata, alba cinerea, gustu suavi. Ab hac ut opinor, non ~~[illegible]~~ discriminatur Myrrhis perennis, lutea, Daucoides Mor. Umbell. 61, si radicis color, quem praetermisit Morisonus ad caetera signa concurrit. Equidem anno hinc ~~[illegible]~~ semen mihi ab Illyrico accepto vir egregius Vitalianus Donatus quod solo traditum Morisoni Myrrhidem explicavit, radicem quoque instar Napi, sed luteam ferentem. Perfecto semine quod altero a satu anno contingit, penitus marcescit & perit.

O

Odontide di Plinio Anguill. Par. XII. 220. Hae quae stirps fuerit, nulla conjectura assequi possum.

Onobriche Anguill. Par. XIII. 242. Cum Onobrychin vulgo reperiri affirmet, cujus generis alii Polygalam volunt, Speculum Veneris sive Campanulam alii, vera Anguillarae vera Onobrychis visa sit, definire quis poterit?

Orzo nudo γυμνόκριθον de' Greci Anguill. Par. VI. 98. ~~[illegible]~~ Zeopyrum, sive Triticospeltum C. B. Pin. 22.

P

Paronichia Anguill. Par. XIV. 264. Paronichia vulgaris Dod. Pempt. 112. Alyssum vulgare, Polygoni folio, caule nudo Tournef. I. R. H. 217.

R

Riero, ovvero Ruero Anguill. Par. VIII. 142. Carduus sphaerocephalus, caeruleus, minor C. B. Pin. 382. Echinopus minor J. B. III. 72.

Ruta

Ruta salvatica Haumel Anguill. Par. XII. 206. Harmala Jo- hod. Pempt. 121.

S

Scāmonea Anguill. Par. XIV. 296. Scāmonia syriaca C.B. Pin. 294. Convolvulus syriacus, et Scammonia syriaca Moris. Hist. Oxon. Par. II. 11.

Sena Levantina Anguill. Par. XIII. 226. Senna Alexandrina sive foliis acutis C.B. Pin. 397.

Sesele Cretico Anguill. Par. VII. 129. hoc Seseli istud Creticum in horto Patavino cultum ad Elaphoboscum, nempe ad Pastinacam sylvestrem, latifoliam multa similitudine accedit, Panaci costino est, idemque Pastinaca sylvestris, altissima Tournef. Inst. R. Herb. 319.

T

Thlaspi Cratico di Dioscoride, e di Galeno Anguill. Par. XI. 170. Thlaspi arvense siliquis latis C.B. Pin. 105

Thlaspi Capadocico Anguill. Par. XI. 170. Thlaspi Capadocicum flore incarnato Anguillara. Thlaspi umbellatum, Creticum Iberidis folio C.B. Pin. 106.

Thora, verum Ponticum pardalianches ab Anguillara indicatum Gesner. de Lunar. 72 Ranunculus Cyclaminis folio, Asphodeli radice major Tournef. I.R. H. 285.

V

Vitice, o Agno casto con fior purpureo Anguill. Par. III. 64. Vitex foliis angustioribus cannabis modo dispositis C.B. Pin. 475.

Vitice, o Agno casto con fior biamco Anguill. Par. III. 64. Vitex, sive Agnus flore albido H.R. Par.

S

De Melchiore Guilandino
II Horti Praefecto, et Primo Botanices Professore

Post Anguillarae secessionem, magnum detrimentum Hortus cepisset cuius principia veluti infantia ~~quaedam~~ summa cura atque assiduitate educanda erant, nisi accidisset fortunato, ut eodem tempore Melchior Guilandinus stirpium doctrina insignis, Patavii moraretur ~~[illegible]~~. Hanc opportunitatem Gymnasii moderatores Nicolaus a Ponte doctor et eques, act. maj. proc. Marinus Caballus eques, Petrus Sanutus nacti XII cal. Octobr. die ferme quinquagesimo ab Anguillara discessu, ad Senatum de Guilandino referunt, et patres decernunt, ut Horti administrationem annua florenorum ~~[illegible]~~ XXIV mercede, suscipiat Guilandinus. Quare secundus Horti custos et praefectus extitit Guilandinus. Neque secus de eius praefectura proditum invenio, consentientibus omnibus qui de hac re commentati sunt, Anguillarae Guilandinum suffectum. Auspicato item contigit, ut Marinus Caballus summus Guilandini fautor, ut mox dicemus, triumviratum magistratum gereret, Gabriel Fallopius qui eundem Guilandinum proprio aere solverat, inter Patavinos Professores stipendia faceret. Quare cum apud omnes magni momenti esset Falopii iudicium et studium, neque deesset Caballi auctoritas qua in eandem sententiam collegas adduceret singulari consensu Guilandino Horti cura fuit demandata. Nunc singillatim de eodem Guilandino inquirendum est. Natum alii tradunt Coningbergae, alii Regiomontii, cum in confesso tamen sit natione fuisse Borussum. Quo item anno in lucem prodierit, et quibus parentibus, quoque in loco litteris operam dederit, et quandiu ignoratum ac scriptorum silentio manifestum. Romae cum degeret, ~~[illegible]~~ sed tanta egestate pressum narrant, ut lectis in proximis montibus herbis, iisque ~~[illegible]~~ ostiatim distraheret vicitare cogeretur. Equidem adversae ac secundae fortunae magnum et multiplex in hoc Guilandino documentum habemus. Quoties enim humanarum rerum vicissitudinem cursum et sublecaturam illa aetas suspexit? Nam si ipsius primordia coniectura prosequamur, ut vitae profecto minime consentaneum videtur inopia laborantibus parentibus, tot disciplinis imbutum et educatum filium, quod sine sumptu paterno non fit, aut hominum liberalitate. Hoc si affluit, cum nascente sors deppressit, bona et mala primitus expertus in Italiam profectus est, ubi iterum immutata conditione iacuit afflictus. Sin vero opibus paterna domus nascentem excepit, iisdemque educatus optimis artibus et disciplinis vacavit, adversa primo extra patriam pati coepit. Prospera hinc nactus Venetiique Pontificem oratoris munificentia, qui Guilandini ingenium

[Margin:] ~~[illegible]~~ Africana captivitate soluto marisque periculis adversus ~~[illegible]~~ quot Anguillarae solvebantur)

[Margin:] in Africa captivum)

[Margin:] (~~[illegible]~~ gravis auctor Thuanus posteritati mandavit)

[Margin:] In Sicilia

animi magnitudinem adversis non fractam admiratus
eundem opibus recreavit, ac singulari benevolentia com-
plexus inter familiares recepit, et aedibus in Patavio suis
accepit. Veneti's virtutis fautores alii non defuere, inter
quos eminuit Marinus Caballus, in amplissimis muneribus
clarissime versatus, litterisque ornatissimus. Hic non
sua liberalitatis officium praetermittens, ~~illum~~ in charitate et
honore Guilandinum domi semper habuit, et non solum in calami-
tate coluit, sed singulari benevolentia maximis beneficiis
ornatum vivus est prosecutus. Propter loci propinquitatem
cum facile esset Patavium transcurri, ad Fallopium eo com-
munia studia se contulit Guilandinus, eumdemque in
arctissima familiaritatis et amicitiae iura ita sibi adiunxit
ut, cum in ergastulo victus apud piratas ~~esset~~ [illegible]
cognosceret, se liberatis vindicem Fallopius statim exhi-
buit ac totam summam depromsit. Hactenus dubiae fidei nar-
ratores securis conjecturis multum indulserunt. nunc certiora
afferam. Franciscus Ziletus cum Christophori Acostae librum
ederet, opus ~~ad~~ Guilandino inscripsit, apposita e-
pistola quae multa de Guilandini peregrinationibus
enarrantur. Haec vera tradi eo ~~[illegible]~~ libentius adducor ut
credam, quod nemo tantae impudentiae est, ut falsa illi ob-
trudat, ad quem scripta spectant. Accedit etiam non ca-
rere suspicione, quae in lucem protulit Ziletus, prius co-
gnita et approbata fuisse Guilandino. Quid si auctore
Guilandino, ea scribebantur, sive ut nota posteritati
vellet, sive ut illis per quos tot periculis atque aerumnis
fuerat ereptus, gratias haberentur. Pergam itaque hinc
fidentius. Prodit Ziletus, cum admirabili quodam studio
stirpes quae in Orientalibus plagis apud Indos nascuntur,
cognoscere Guilandinus exoptaret, opportunitatem oblatam
sorte oblata, Bisantium ad Turcarum regem pro [legato] Veneta Re-
publica Marino Caballo proficiscente. Nihil accommoda-
tius, nihilque optabilius Guilandino contingere poterat. Quare
anno CIƆIƆLVII cum Marino Caballo Bisantium navigavit.
Quo appulsus, in Vignae Regis Hispaniarum ea in urbe
legati dignatione venit. Vigna enim magni ingenii vir
disciplinarumque cultor et fautor, Guilandini susceptum
iter apprime laudans, quod hinc plurimum utilitatis innu-
merabilia commoda accessurum videbat, Guilandinum ad Tur-
carum regem adduxit, ab eoque diploma impetravit, quo
tectus Guilandinus, omnes regiones quae Turcarum di-
tionis sunt, adire, et circumire posset. Itaque viaticum
large praebente Caballo, Bisantio statim discessit in Asiam
tendens, et per Asiam ad Indos. Ut ventum est ad flumen
Tygrim, propter bella Persarum transvectione prohibita,
Asiae provincias ~~nobiles~~ [diu] ~~omnes~~ perlustratus est. [inde] ~~Palaestino~~
Palaestinam invisit, et subinde Aegyptum, ut per sinum
Persicum, [vel] ~~mare~~ Erythraeum mare in Indiam penetraret.

Hoc

intericcto haud ma-
gno spatio

ann. CIƆIƆLXXXV
vernacula consue-
tudines

Hoc quoque tanto labore ac magna spe susceptum
iter fortuna illusit, redditque infectum. Quapropter
adversis fessus Guilandinus, illas Indias adeundi po-
stabito consilio, ex Aegypto digreditur, et conscensa navi
in Siciliam defertur. Atque non diu moratus, iterum Lusi-
taniam versus navigare pergit. Sed quis adversus ea
quae divinitus constituta sunt, contendat? Tot terra
periculis defunctum Guilandinum gravissima mare infligit.

O inanes mortalium cupiditates, et caecas mentes!

Navis qua vehebatur, pyratis triremibus circumventa,
atque oppugnata, ipse saucius, omnibus bonis amissis, ca-
thenis vincitur, et in Africam deportatur. Tum captivis
in diversa distractis, Guilandinus in Assani Aenobarbi
Chairadini Regis Algheriae filii potestatem cedit, et subinde
ad deteriora devolutus ab eodem Assano duci cuidam suo
dono datur. Novus dominus continuo auctionem facit, atten-
quam vile mancipium licitatori tradidit. Praeclarum con-
silium tunc exitum habuit. Quot mala passus per no-
vem menses, quibus inter barbaros, propter religio-
nem nobis infestissimos servitutem tulit Guilandinus, dum
libertas postabat, nos quoque silentio omittemus.
Captivitatis, non maiorem finem attulit Fallopius, ut re-
tulimus, et aureis Guilandino redemptio. Proinde
libertate restitutus in Italiam redeuntem navis ventorum
vi in contraria ferentibus ab instituto cursu deflectitur
et ad Africam repellitur, denique eversa immergitur un-
dibus. Tunc Guilandinus tabula innixus hinc atque illuc
quousque natus, ac semianimis ad

ex scopulis illidimur!

Africana litora tempestate provehitur. In quo loco
quis naufragum, omniumque rerum inopem exceperit,
ac vires recuperaverit, non adiiciunt scriptores. Ipse pro-
fecto Guilandinus epistola ad Baptistam Grimaldum qua
Papyri commentarium suum dicaverat, refert se gravi
obstrictum aere post captivitatem Genuam venisse, ac sua
nomina Grimaldi, Pauli Spinolae, Nicolai Auriae, Balthasa-
ris Lomellini, et Francisci Lercari, liberaliter fuisse soluta.
Haec ad Guilandini praefecturas commemorare digna
invenimus, paucis subductis quae persequi nihil attinebat,
ne tempora erroribus implicaremus. Erant tamen qui
putarent, Genuae degente Guilandino, de eodem senatus-
consultum factum. Quod minus verum moderatorum litte-
rae declarant, quibus IX cal. oct. [illegible] XV, Guilandino

eiusdem anni

expromendos praecipiunt, quoniam ipse Guilandinus Trium-
viros certiores fecerat, multa esse in Horto pecunia repa-
randa. Per dierum n. septem qui incedunt, spatio, publicas lit-
teras Genuam missas, iter deinde confecit, Horti statum
animadversum, de eodem Venetias rescripsit quid dederit.
Horti cura suscepta, totus in eo Guilandinus fuit, ut stir-
pibus refertum locum quam maxime haberet. Quod biennio
perfectum. Itaque Gymnasii moderatores ut fructuosum
studiosa iuventuti horum redderent quo nomine consti-
tutus fecerat,[22] stravere adeunt, referunt quoniam utilissima
medicina tironibus cunctis qui Pata-

[22] X cal. Mart. anno MDLXI

sibi videri fuerunt

tius studendi gratia conveniunt, si quis stirpium quibus satis
referti est Hortus Patavinus, naturam exquirere velint, civesque
in ipso horto explicandae, ad quam rem aptissimum esse
Melchiorem Guilandinum botanica peritum, et disciplinis
ac literis imbutum. Quare si ex bono publico esse pluribus [?]
eum censueritis, rogare, ut Melchior Guilandinus
Horti praefectus, appositis honorario flor. CXXIV florenis XXVI
simplicium stirpium demonstrator, atque interpres in horto publica
auctoritate. In ea Rota frequenti senatu decre-
tum est, et explicandi stirpes in horto Guilandino munus deman-
datum. Quapropter anno decimo nono ab Horto primi-
cipio stirpium historiae in Horto erudiendam quod
spatium Horto cultae adolescentiae datum crediderim, quo-
niam si puerum ambigitur, si praecipuis stirpibus frequentaverunt. neque enim
praeterea cura infirmis arboribus. atque hortis nulla propagi-
ne amplificatis civibus hoc institutum fuisset, quin Horto
esset perniciosum futurum, juventute ad legenda ex-
empla huc illuc excurrente infirmas stirpes evellen-
do, arbusculasque lacerando, aut summas destringendo.
Hoc loco mirari subit Antonium Riccobonum talium monu-
mentorum auctorem, qui memoriae prodit, Guilandinum
remediorum medicinalium explicatorem in Horto fuisse
anno 1561, quo extremo Horti tantum Praefectus fuerat de-
signatus.
Caeterum in hoc docendi munere talem se praebuit Gui-
landinus, ut non solum publicae expectationi respondere,
sed etiam opinionem quam de eodem apud omnes conce-
perat, longe amplificavit. Quare uix elapso trien-
nio rogatio fit per Triumviros apud Senatum, ut Gui-
landino honor haberetur. Sic ea re ita censuit Se-
natus, ut Guilandino in sex annos prorogaretur docendi
in horto officium, eiusque annuum honorarium ad florenos CC
accederet, et quoniam per Guilandinum satis
provisum, ne quis medicamentorum interpretem in Gymna-
sio quaereret, Gymnastica disputatio abrogaretur. Acces-
sit quoque ad Guilandini gloriam accessit, quod eo tempore schola
ita interquievit, eodemque modo proponeres stirpes adcomparandas
ra.
Hoc eodem anno Guilandino pecunia publice data, quae
praeterita aestate, propter grandinem immodicosque aestus
magnam stirpium jacturam Hortus fecerat. Anno similiter in-
sequenti Guilandino ad stirpes iter instituenti sumptus in
eandem rem a Triumviris erogatos invenio.
Hac diligentia et sedulitate res Botanica Patavii florere
coepit, magnumque nomen apud exteras gentes obtinuit,
ideoque mortalium plurimi ad hortum invisendum ex
longinquis regionibus conveniebant. Neque deerat Gui-
landino ingenium, doctrina, atque eloquentia quibus omnibus
satisfaceret. Equidem literis optimisque artibus quae
ingenuo viro digna sunt, a puero Guilandinus imbutus

ita excellebat, ut neminem ex decessoribus meis inveniam qui cum Guilandino iure ac merito possit conferri. [illegible] Ita carus omnibus, probatusque triumviris, reipublicaeque principibus, ut nondum sex annorum quibus ex III senatusconsulto publice in horto docebat, intervallo excessisset, [illegible] cui munus, honorarium ad florenos annuos CCCLXX amplificato, in alios sex annos prorogaverunt. IX igitur cal. Decembr. anno CIↃIↃLXXIII. verba de eodem a Gymnasii moderatoribus in senatu fiunt, et Patres decernunt, ut verbis utimur, ea tamen conditione (quod Guilandinus exoptaverat) ut bini cultores eius arbitrio semper in horto essent, cultura intenti et parati. Hac de causa munificentia singulari (ut ea tempora, et nova dignitatis conditio sinebant) Guilandini sedulitatem, industriam, et laborem senatus rependit. Quod provido consilio factum est; plurimum interest, ut mercenarii in officio sint, quotidiana operae exactorem esse, cum cuius voluntate removeantur. et [illegible] diligentia, atque assiduitate [illegible]

(Stirpium autem historiae, ac totius naturalis Philosophiae studio summopere peritus habitus, quam ex longinquis peregrinationibus, atque ingentibus laboribus sibi comparaverat.)

(ab praefecti iussa)

[illegible]

mo conditione [illegible] sibi prospiciebat memor humanae [illegible] Quapropter IX cal. Iun. literis fecerat certatos. [illegible] senatu consulentibus, ut rogatis triumviris de hac re publico decreto sancitur.

quod erat, Horti Praefecturam annis XXVIII mensibusque tribus gessit. Quo intervallo opera ab eodem edita haec laudantur

Apologia adversus Matthiolum, quae inscribitur Theon.

Papyrus sive commentarius in tria C. Plinii de Papyro capita

Assertio sententiae in Galenum a se pronunciatae adversus Hieronymum Mercurialem.

Problemmata XX

Epistola de quibusdam scriptoribus ad Conradum Gesnerum.

Epistolae de scriptoribus aliquot.

ciis studendi gratia convenirent, siquis stirpium quibus satis referres est Hortus Paracinus, naturam exigerent [venit], civesque de in ipso horto explicaret, ad quam rem aptissimum esse Melchiorem Guilandinum botanicae peritum, et disciplinis ac literis imbutum. Quare si ex bono publico esse plurimus erit censuerunt, rogare, ut Melchior Guilandinus Horti praefectus, appositis honorario flor. CXXIV florenis XXVI stirpium demonstrat, atque incipiens in horto publica auctoritate. In ea Urbe frequenti senatu decretum est, et explicandi stirpes in Horto Guilandino munus demandarunt. Quapropter anno decimo nono ab Horti aedificatione. Quapropter anno decimo nono ab Horti primordio stirpium historiam in Horto … [illegible] … credidereim, quoniam spatium Horti … adolescentia … credidereim, quoniam spatium Horti … [illegible] frequentaverunt; neque enim ambigitur, si praegnantibus stirpibus frequentaverunt; neque herbis nulla propagi pera cura infirmis arboribus atque herbis nulla propagine amplificatis citius hoc institutum fuisset, quin Horto esset perniciosum futurum, juventute ad legenda exempla huc illuc excurrente infirmas stirpes excolendo, arbusculasque deterendo, aut summas defringendo.

Hoc loco mirari subit Antonium Riccobonum Italiae monumentorum auctorem, qui memoriae prodit, Guilandinum praemedicorum medicinalium explicatorem in Horto fuisse anno 1561, quo exeunte Horti tantum Praefectus fuerat designatus.

Porro quoniam sine aqua, ut verissime scripsit M. Varro, omnis arida et misera agricultura est, praesertim dum peregrina colantur, quibus omnibus illecebris est indulgendum quo melius alienum solum, et insuetum coelum sustinere valeant, natus Guilandinus Praetore Jacobo Foscareno ex ea familia cujus ductu et auspiciis Hortus Paracinus inchoatus et perfectus fuerat, Hydraulam obtinuit, qui extra hortum erectus profluentium aquae parte ad septentrionalem plagam vertitur, aquas irrigantibus affatim praebebat. Extat adhuc veteri pila hoc monumentum insculptum:

(et Franciscus Duodus Praefectus a studio haud alienus)

Heu. Viator. bene. precare. praestantissimis. Senatoribus
Jacobo. Foscareno. Rectori. Praetorique. Patavino
Et. Francisco. Duodo. Praefecto. Patavino
Qui. stirpes. siti. arentes. adducta. in. viridarium. aqua. large
refocillarunt. Ann. MDLXXV

Hoc eodem anno Guilandino pecunia publice data, quae praeterita aestate, propter grandinem immodicosque aestus magnae stirpium jacturam Hortus fecerat. Anno similiter insequenti Guilandino ad stirpes itur instituenti sumptus in eandem rem a Triumviris erogatos invenio.

Hac diligentia et sedulitate res Botanica Patavii florere coepit, magnumque nomen apud exteras gentes obtinuit, ideoque mortalium plurimi ad hortum invisendum ex longinquis regionibus conveniebant. Neque deerat Guilandino ingenium, doctrina, atque eloquentia quibus omnibus satisfaceret. Equidem literis optimisque artibus quae ingenuo viro digna sunt, a puero Guilandinus imbutus

(stirpium autem histo-ria, ac totius natura-lis Philosophiae studio summopere peritus habitus, quam ex lon-ginquis peregrina-tionibus, atque in-numeris laboribus sibi comparavit.)

ita excellebat, ut nemini ex decessoribus meis ingenio qui cum Guilandino iure ac merito possit conferri. Ibi-que Carus omnibus, probatus viris, reipublicaeque prin-cipibus, in nondum sex annorum quibus ex III senatusconsulto publi-ce in horto docebat, intervallum accessisset, promotus habitus est, cui munus, honorario amplificato, in alios sex annos florenos annuos CCCLXX amplificato, producerentur. IV igitur cal. Decembr. anno CIƆIƆLXXIII. verba de eodem a Gymnasii moderatoribus in Senatu fiunt, et Patres decernunt, ut voluerint, ea tamen conditione (quod Guilandinus acceptaverat) ut bini cul-tores eius arbitrio semper in horto essent, cultura intenti et parati. Hac de causa munificentia singularis (ut ea tempora, et nova dignitatis conditio sinebant) Guilandini sedulitatem, industriam, et laborem senatus rependit. Quod provido consilio factum est, plurimum n-intererat, ut mercenarii in officio sint, quotidiana ope-ra exactorem esse, cum cuius voluntate removeantur, et pro cuiuscumque diligentia, atque assiduitate merces tribuantur. Quae consuetudo si ad posteros praefectos producta esset, longe utilior Horti cultura processis-set, neque ob summam socordiam, suspectam fidem, ingra-tia bis cum ignominia exacti Horto fuissent cultores illi qui per magistratum lecti non alium dominum intelligebantur quam illum, cuius iussu pecunia sibi daretur. Sed ad reliqua properamus.

(ad praefecti iussa)

Anno hinc IV mense VI cum magnis pollicitationibus ad alios hortos medicos allicerent Guilandinum, easdemque neglexis-set, non pecuniae inhians, sed otii et quietis studiosus, praeterea beneficiorum memor, quibus Veneta liberali-tate fuerat cohonestatus, Gymnasii moderatoribus visum est, ut toto eius vitae spatio Guilandinus sibi mereret, annuis florenis DC, Guilandino libenti ani-mo conditionem accipiente, qua ad reliquum vitae tempus sibi prospiciebat memor humanarum rerum casibus quibus to-ties fuerat exercitus. Quapropter IX cal. Iun. litte-ris variis suffragiis de hac re senatu consulentibus, ut ro-gatum erat, publico decreto sancitur.

Horti Praefecturam annis XXVIII mensibusque tribus gessit. Quo intervallo opera ab eodem edita haec laudantur

Apologia adversus Matthiolum, quae inscribitur Theon

Papyrus sive commentarius in tria C. Plinii de Papyro capita

Assertio sententiae in Galenum a se pronuntiatae adversus Hieronymum Mercurialem.

Problemmata XX

Epistola de quibusdam stirpibus ad Conradum Gesnerum

Epistolae V de stirpibus aliquot.

Glossemata in Hieronymi Mercurialis caput

Coniectanea synonimica Plantarum opera Io. Georgii Schenckii Francofurti edita, sed viris plurimis ra-rarum quam ipsius Schenckii referta.

Descriptio auiculae Indicae quae in perpetuo volans est, quae-que dicitur Manuco-diata, vel Manucodiata.

Adversarios nonnullos acerrimosque reprensores his scriptis in se accensit Guilandinus, sed praecipue Mattheolum, Scaligerum, Casaubonum, quorum primi dicacitatem, et petulantiam ipse minus ferendi fregitque: Scaligero et Casaubono id impune cessit, quoniam mortuo Guilandino ~~ea~~ calumniandi opportunitas ademta est. Verumtamen laudatores plures invenit, quorum auctoritate factum est, ut eius nomen et fama summa cum laude ad posteros demissa, adhuc vigeat et vireat. Floruit quoque amicorum coniunctione et benevolentia, a quibus nullum amoris et liberalitatis officium praetermissum est, quo minus in adversis solatium et auxilium esset, in prosperis ornamentum. Quid de summis viris, civitatumque principibus dicam? ~~[illegible]~~ [probatus] fuit Grimaldo, Spinolae, Doriae, aliisque primas in Genuensi republica obtinentibus viris, acceptus Vigna Hispaniarum Legato, familiaris Marino Caballo, iucundus Iacobo Foscareno cognomento Philosopho, quo auctore cum Patavii in praetura esset; ~~[illegible]~~ [gratis] ~~ex~~ Riccobonus [beneficia] multa Guilandino a Veneto Senatu collata; [necessarius] ~~[illegible]~~ [denique] ~~consuetudine~~ Benedicto Georgio Aloysii Marcii Procuratoris filio, cuius domum post Caballi obitum decuerat consuetudine tenebat.

Decessit omnium moerore anno CIↃIↃLXXXIX VIII cal. Ian. et nulla pompa elatus in sepulchro quod sibi in D. Antonii claustro paraverat, conditur. Bona sua partim Reipublicae Venetae, partim Benedicto Georgio [testamento] legavit; libros vero sibi numero et praestantia insignes in D. Marci Bibliotheca collocari. Peritos doctrinae suae sectatores plures reliquit, inter quos eminent Ioannes Georgius Schenckius, Honorius Bellus, Prosper Alpinus

Stirpes quæ ex Horto Patavino Guilandino Præfecto, ab Jo. Georgio Schenckio commemorantur, vulgo, ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ Anno MDLXXXI. Et editum est Francofurti ann MDC apud Matthæum Beckerium.

Abutilon, pag. 23. Abutilon Anguillaræ, Avicennæ. ~~[illegible]~~ Althæa Theophrasti. Abutilon verum Arabum Guiland. coniect. Syn. 29. Althæa Theophrasti flore luteo C.B. Pin. 316. Abutilon Dod. Pempt. 656.

Acacia. Arbor Iudæ pag. 24. Acacia I. Cercis Gesneri Matthioli. Alpina Gaza. Lignum Cedri sacrarum literarum. Arbor Iudæ recentiorum. Acacalis Bellonii Guiland. coniect. Syn. 29. 42. Siliquastrum Cast. Durant. 415.

Adonis Poetarum pag. 23. Adonium Poetarum. Cranthemum Dioscoridis. Chamæmelum phæniceum Guiland. coniect. Syn. 30. Ranunculus arvensis foliis Chamameli, flore ~~minore~~ phæniceo Tournef. I.R.H. 291.

Æthiopis 24. Hort. Eyst. O. 8. F. 3. Fig. I. 6. Sclarea vulgaris, lanuginosa, amplissimo folio Tournef. I.R.H. 179. Visa in Horto Patavino etiam ab Iohanne Bauhino. Part. III. 315.

Agnus castus 23. Agnus castus Dioscoridis. Vitex Latinorum. Λύγος Homeri Guiland. coniect. Syn. 30. Agnus castus officinarum Rai. Sylloq. Stirp. Eur. 53. Vitex foliis angustioribus, Cannabis modo dispositis C.B. Pin. 475

Alcea Venera. Alcea peregrina Gesneri 26. Alcea Venera Tragi. Hypecoon Matthioli Guiland. coniect. Syn. 31. Alcea solisequa multis Venera J.B. II 1066. Alcea vesicaria C.B. Pin. 317. Ketmia vesicaria, vulgaris Tournef. Inst. R. Herb. 101.

Alypon Dioscoridis 29. Turbith Mesues et officinarum. Turbith candidum Actuarii. Pityusa latifolia Dodonæi Guiland. coniect. Syn. 32. Esula major Dodon. Pempt. 374. Tithymalus Characias, fruticosus C.B. Pin. 292.

Alysson Dioscoridis verum 25. Thlaspi minus Fuchsii. Lunaria minor Guiland. coniect. Syn. 32. Alyssum incanum luteum Serpilli folio majus Tournef. I.R.H. 217.

~~Ammi~~ officinarum 23. Pseudoammi Fuchsii. Bulbon Hippocratis. Bunium Dioscoridis Guiland. Coniect. Syn. 32. Ammi majus C. B. Pin. 159.

~~Ammi verum~~ 26. Ammi ~~alterum~~ foliis Fœniculi C. B. Pin. 159.

Amomum ~~Scriptorum~~ 25. Amomum Dioscoridis. Piper caudatum recentiorum. Guiland. Coniect. Syn. 32. Capsicum siliquis longis, propendentibus ~~C. B.~~ Tournef. I. R. H. 152.

Anagyris ~~arbor~~ 25 Anagyris Dod. Pempt. 785. Anagyris vera fœtida. I. ~~B. I. 384~~.

Apium albo flore. 23. Apium hortense, seu Petroselinum vulgo C. B. Pin. 153.

Anthyllis 23. ~~[illegible]~~ Anthyllis 2 Dioscoridis Guilandini, ut Theogoras C. Bauhinus fuit Victa

Apocynum 23. Apocynum, Periploca recentiorum cum floribus purpureis Guiland. Syn. 34. Apocynum folio oblongo C. B. Pin. 303 Periploca foliis oblongis Tournef. I. R. Herb. 93.

Frutex flore nemorosus sive Dumetorum I. B. II. 314

Arbutus 29. Arbutus, ~~Unedo~~ Dioscoridis, Unedo Guiland. Conj. Syn. 34. Arbutus folio serrato C. B. Pin. 460.

[2] Arum Ægyptiacum 24. Arum maximum, Ægyptiacum quod vulgo Colocasia C. B. Pin. 195.

[1] Aristolochia rotunda 24. Aristolochia rotunda Dioscoridis. Malum terræ Cordi Guiland. Coniect. Syn. 35. Aristolochia rotunda Lobel. Icones. S. Bauh.

Aster Atticus, luteus 24. Asteris Attici species. Filicis arte parvae Guiland. Coniect. Syn. 36. Aster Atticus Massiliensis Tabern. Icon. 661. Asteriscus annuus, foliis ad florem rigidis Tournef. Inst. R. Herb. 497.

Atractylis 23. Atractylis Dioscoridis. Fusus agrestis Theophrasti Guiland. Coniect. Syn. 36. Atractylis vera, flore luteo J. B. III. 83. Cnicus Atractylis lutea dictus H. L. Bat.

B

Bacchăris 26. Baccharis Dioscoridis. Herba odorata Scaligeri. Hyosiris Plinii. Ptarmica altera Matthioli. Scabiosa quorundam Guiland. Coniect. Syn. 36. Ptarmica altera Matth. Comm. 441. Iacea Oleæ folio, capitulis simplicibus C. B. Pin. 272. Xeranthemum flore simplici purpureo, majore H. L. Bat.

Balsamita fœmina 25. Balsamita ~~fœmina~~ minor Dodonæi. Ageratum Dioscoridis. Eupatorium Mesues. Herba Iulia Italorum. Evatriola Cordi Guiland. Coniect. Syn. 30, 37. Balsamita minor Dod. Pempt. 295. Ageratum foliis serratis C. B. Pin. 221. Ptarmica lutea suaveolens Tournef. Inst. R. Herb. 497 eandem commemorat I. B.

P. III. 143

Behen album 25. Polemonia ~~[illegible]~~ Dioscoridis Behen album officinarum ~~Ciclaminum Matthioli~~ Guiland. Coniect. Syn. 37. Lychnis sylvestris quæ Been album vulgo C. B. Pin. 205.

Bifolium 25. Bifolium Lobel. Observ. 161, et Icon. 302. Pseudorchis Bifolium Dod. Pempt. 242. Ophris Bifolia C. B. Pin. 87.

Blitum nigrum 29. Blitum nigrum Tralliani. Beta nigra Dioscoridis Beta Sicula Theophrasti Beta Sicla officinarum Guiland. Coniect. Syn. 36. Beta rubra, vulgaris C. B. Pin. 116.

Buglossa Italica 24. Buglossa Italica, vel Gallica major, vel vera Gesn. Hort. Buglossum angustifolium, maius C. B. Pin. 256.

Buphthalmus 24. Buphthalmum vulgare, Chrysanthemo congener Clus. Hist. 332. Buphthalmum Tanaceti minoris foliis C. B. Pin. 134. Legitur in Horto Patav. etiam a J. Bauhino III. 222.

C

Calamenthum sylvestre 23. Calamenthum I Dioscoridis. Nepeta Latinorum. Calamenthum II. Matthioli Guiland. Coniect. Syn. 39. Calamintha Italica, Pulegii odore Gesn. Hort. Calamintha Pulegii odore, sive Nepeta C. B. Pin. 228.

Campanula l'azurina 23. Campanula l'azura (idest coerulea) Dodonei. Cuscuta Avicennae. Nil Serapionis. Flos noctis recentiorum. Oculus amis Gesneri Guiland. Coniect. Syn. 40. Campanula coerulea Dod. Pempt. 396. Convolvulus coeruleus, hederaceo anguloso folio C. B. Pin. 295.

Canna 26. Canna Indica Recentiorum species Papyri apud Matthiolum. Mesocalamus Cassiani Bassi Guiland. Coniect. Syn. 40. Cannacorus latifolius, vulgaris Jouncus Inst. R. Herb. 366.

Capparis 23. Capparis non spinosa, fructu majore C. B. Pin. 480.

Carduus sphaerocephalus 23. Carduus sphaerocephalus. Cardui Acanthus sylvestris Dioscoridis Guiland. Coniect. Syn. 41. Carduus sphaerocephalus latifolius, vulgaris C. B. Pin. 381. Echinopus major J. B. III. 64.

Carum Dioscoridis 23. Carum Dioscoridis. Cuminum Germanorum Guiland. Coniect. Syn. 41. Carum Dodon. Pempt. 299.

~~Casia~~ lignea 23. Casia Latinorum. Genista alpina recentiorum Scoparia Plinii Guiland. Coniect. Syn. 41. ~~Casia Poetica Monspeliensium ... ...~~

Centaurium album 23. Centaurium maius. Rhaponticum officinarum Guiland. Coniect. Syn. 42. Centaurium maius montanum, foliis Enulae. Gesn. Hort. Rhaponticum folio Helenii incano C. B. Pin. 117. Jacea Alpina, capite maximo, Enulae folio Pontedl. Diss. 137.

Centaurium luteum 23. Centaurium Alpinum, luteum C. B. Pin. 117.

Genista radiata sive stellaris J. B. I. 399. (24)

Cepa quam Schenckius ~~pappo~~sam barbaram appellat, ~~sanguinem~~ ~~adustum~~. Cepa vulgaris C. B. Pin. 71.

Chondrilla Dioscoridis 24. Chondrilla I. Dioscoridis. Cichorium seu Nodiola Theophrasti Guiland. Coniect. Syn. 43. Chondrilla iuncea, viscosa, arvensis quae prima Dioscoridis C. B. Pin. 130.

~~Cotula ... ...~~

Cineraria 24. Jacobaea marina, sive Cineraria J. B. II. 1058.

Circaea Parisiorum 23. Solanifolia Circaea dicta major C. B. Pin. 168.

Cistus foemina 23. Cistus foemina Clus. Hist. 70.

~~Cisti~~

Clymenum Matthioli 24. Lathyrus latifolius C. B. Pin. 344.

Colutea 25. Colutea Theophrasti. Senna Ruellii. Senna arborescens Guiland. Coniect. Syn. 45. Colutea vesicaria C. B. Pin. 396.

Conyza 25. Conyza II. Pulicaria recentiorum Guiland. Coniect. Syn. 45. Coniza minima, ~~[illegible]~~ Lobel. Icon 445. Thal. Hercin. 21. Conyza minor flore globoso C. B. Pin. 266. Aster pratensis parvo flore globoso Tournef. I. R. H. 485.

Cotinus Plinii 25. Olea Aethiopica Dioscoridis. Coggygria Theophrasti. Chrysoxylon Latinorum recentiorum. Thapsia sive Scythicum recentiorum Graecorum. Tagus Ponti Guiland. Coniect. Syn. 46. 71. Cotinus coriaria Dod. Pempt. 780.

Crista marina 23. Crithmum Dioscoridis. Batis horte̅nsis Latinorum. Foeniculum marinum recentiorum Guiland. Coniect. Syn. 47. Crithmum, sive Foeniculum maritimum minus C. B. Pin. 288.

Crithmum spinosum 24. Crithmum spinosum Matthioli. Secacul Arabum. Pastinaca marina Cordi. Guiland. Coniect. Syn. 47. Echinophora maritima spinosa Tournef. I. R. H. Append. 566.

Cynoglossa Plinii 23. Cynoglossum latifolium. Cynoglossum Plinii. Lingua Canis officinarum. Cynoglossum majus vulgare C. B. Pin. 257.

Cytisus 23. Cytisus incanus siliquis falcatis C. B. Pin. 3[illegible]. Eundem Ioannes Bauhinus vidit in eodem loco.

D

Daucus majus officinarum 24. ~~[illegible]~~ Daucus II Matthioli. Saxifraga major officinarum. ~~[illegible]~~ Theophrasti. ~~[illegible]~~ Torabona Guiland. Coniect. Syn. 46. Daucus ~~[illegible]~~ [illegible] Apii folio, major C. B. Pin. 150. Oreoselinum Apii folio, majus Tournef. Inst. R. Herb. 318.

Daucus III 24. Dauci III genus Dodon. Pastinaca tenuifolia sylvestris Dioscoridis, vel Daucus officinarum C. B. Pin. 151. Daucus sylvestris Clus. Hist. CXCVIII.

Daucus saxifragus, minor 24. Daucus selinoides Cordi. Saxifragia minor. Pimpinella nostra Guiland. Coniect. Syn. 44. Pimpinella saxifraga, minor C. B. Pin. 160. Tragoselinum minus Tournef. Inst. R. Herb. 309.

